Matthiæ de Myechow: Conservatio sanitatis.

Impr. Cracoviæ per Hieron. Victorem. 1522.

CONSERVATIO SANITATIS.

SANCTVS COSMAS. SANCTVS DAMIANVS.



CVM Gratia & Priui legio.

Iosephi Czimmermanni Cracouiensis. Anno suę ętatis decimo-
quinto. Immatura ęditio, in immortalem candorem, illius
magni Medici doctoris Mathię de Myechow.

Vos ego qui sapitis, Medicis qui fiditis omnes
Quos fluere in morbos, effluereq; leue est.
Hunc moneo doctum & frugalem sumite librum,
Carius hic nihil sit, nil fuerit melius.
Scilicet ille bonus de Myechow, ille Machaon
Noster, habet solus consilia Hippocratis.

Nicolaus Hyacinthus Leopolienſis. bonarum artiū Magiſter. Senatus Cracouieñ. Secretarius Iucūdiſſimo Lectori. Salutē.

PRinceps ille medicorū Galienus Pergamenſis humaniſſime lector libro Hęreſeon, mortalibus ſanitate nihil fore utilius aſſerit, nec iniuria profecto, ſiue etenim egregīj aliqd ignauia contēpta poſt ſe relinquere. Scientiarum virtutūue arduos colles aſcendere, ſeu quod magis eſt, ſpretis mūdi huius illecebris, ad felicitatis gloriam vereq; beatitudinis metam puenire uelimus, hac ipſa ſummo opus eſt, ſublata etenim ſanitate, quis dubitat, uirtutū, muſarumq; fores, aut nō tangi a nobis, aut certe fruſtra pulſari. Sed & felicitas nr̄a pollitica ſaltim eandē pręſupponit. Etenī mentē ſanā, in corpe ſano, in ſui perfectione habere uult. Quinimmo, ſupnaturalis illa, quā nos iuſto, ueram beatitudinē appellamus, in adeptione ipſius ſanitate indiget plurimū, inexhauſtam etenī illam, a nobiſq; ſemp expectatā felicitatem cōſequi non poſſumus, niſi bene, uirtuoſeq; viuamus. Cum hęc uia ſemitaq; ipſius ſit. Sed bene viuere non poteſt quis, niſi uiuat, & hoc vel per cōſeruationē ſanitatis habite, uel reſtaurationē deperdite. Sed quid plura, non multū facile profecto nos apud deum homineſue mereri, niſi diu, ſane, ſobrieq; uiuamus Merito itaq; homo ipſe, quod animal eſt (teſte philoſopho) prouidum, ſagax, memor, rationis plenum, ac cōſilij inhiare debet, illudq; maxime curet, quod ſibi ſummo opus eſt, quodq; ad bene viuere cōducit. Sanitatē ipſam cōſeruet, contritā reſtaurādo, acquiſitāq; cōſeruando. Sed quis me Hercle id aptius inueſtigare, illāq; de qua mentio eſt ſanitatē magis docere poterit, niſi medicus ipſe. Medicina etenī eſt ſciētia, ſanitatis qdē cōſeruatiua, egritudinū vero liberatiua, quā Ipocras adiectionē & ablationē eſſe deffinit. Adiectio quidē eorū quę deſunt ablatio, q̄ abundant in corporibus humanis. Ex quo enim natura, vt Galienus primo de accidēti & morbo uult, non eſt ſibi in omnibus ſufficiens quo indiget in regimine adiuuat ab extrinſecis, & ſecundū hāc viam vocauit Ipocras Medicum miniſtrum naturę. Omniū perfecto diſciplinarū Medicina ſumme utilis eſt, & in hac vita plurimū neceſſaria, cū ex ea viuimꝰ diſciplina. Quis enī ignorat Medicum ad omnē ętatem, ſexum, ad omneſq; mundi ordines pertinere, cum omnibus paſſim egrotare cōtingat, omneſq; ex ea utilitatē petant. Sola Medicina, ſoloq; medico opus eſſe cunctis palam eſt. Medicina vna eſt, quę fatis reſiſtit quādoq; etiā fata propugnat, quę proſtratis, vitam prolongat, ſanitatem reſtituit. Huc adde quod huic arti tantū honoris tribuere maiores, quod inuentores ſuos deos vocitabant, eoſdem cœlo dicāres. Hippocras ille Cous medicorꝫ maximus, ob depulſam artē medica peſtem, honores illos meruit a grecis, quos Herculi decreuerāt. Erecta etenī eidē ut hiſtoria teſtis eſt, dicataq; aurea ſtatua, quā nemo inflexis genibus inhonoratā tranſgredi auderet. Cum autem non omnibus datū ac conceſſum ſit, latos Appollinis campos diſcurrere, ac varios eoſdēq; difficiles phiſicę ſcriptores relegere, ſuccum quod ualetudini vniuſcuiuſq; conduceret decerpendo vtiliorē Effecit uir clariſſimus patrięq; unicus amator, dn̄s Mathias de Miechow. Aritum & Medicinę doctor egregius, cui vel ſoli noſtra tempora debent medico, ſummoq; ſtudio cōgeſſit haſce diuerſis in uoluminibus ſparſas, uageq; diſiectas pręceptiones, quę ad corporalem conducunt ualetudinē, vt ex inde documenta ſummere uolentibus, corpuſq; ſuum in ſanitate pręſeruare ſtudentibus, longe inquiſitionis labor abſit, quod ſanitati ſingulorum maxime cōpetat decerpant. Non ommiſit pius ille pater, quod conſeruationē ſanitatis magis attinebat, effecit prout antea ſemper conſueuit omniū pro cōmodo huiuſce utiles eaſdemq; iucundas lucubratiōes ędendo. Obticere haud voluit diuitias ingenij ſui, quibus ipſe affluentiſſime ad inuidiam vſq; abundat. Verū illas pro ſingulari prudentia in ora virum paſſim volitari permiſit. Tu iucunde Lector grato huius tanti viri munus excipe, lege, auideq; tractes, fructū ſenties haud modicū. Vale. Ex ædibus pretorij Cracouieñ: ad. i. mēſis Auguſti. 1522.

Ad Lectorem Octoſtichon.

Artis Apollineæ ſummis, eſt iſte libellus
Lectus, quem uocites nomine δραγμάτιον
Quod tanquam paſſim, pratis ridentibus agmen
Melliparæ gentis, dulcia mella parat
Sic nimis ex amplo medicorum colligit aruo
Lilia, uir genio magnus, & arte potens.
Ergo ualetudoq; Galeni, & Neſtoris ætas
τῶν χεῖρας δὲ θεῶν. Si tibi, ſumme, placent,

M. P. F.

Editio venerabilis domini Mathie de Myechow Artiū & Medicinę doctoris, Canonici Cracouieñ. Ad conseruandā sanitatē, Pro amicis & sodalibus suis collecta.

QVoniam genus hominū arte & ratiōe viuit. Inquit Aristoteles primo Methaphisice suę. Ex/
pedit habere noticiam et artem bene viuendi ac sa/
nitatem conseruandi, in rebus corpus nostrum alte/
rantibus. quales sunt: aer/cibus/potus/aqua/vinū
ceruisia et cętere res nō naturales corpora nostra per
mutantes. Pro vtilitate itaqꝫ et cōseruatione sanitatis amicorū me/
orum: tam maiorum q̄ minorum magistrorum & scolariū ponam
aliqua documenta bono regimini inseruientia, vt vnusquisqꝫ ali/
quippiam more apis melliefre decerpat, & ꝓ usu suo carpat. Aut
theoriam discendi, aut usum practicandi, uel quod suo ordini com
petit oblectandi & disputandi. Et quia amicus est alter ego. Sic uo
lo loqui & ęquidem breuiter vt amico sit vtilę, vt sit ei sicut mihi/
metipsi cōmune, & vt sit carum & delectabile. Quę enim amicorū
sunt communia/vtilia/& amabilia sunt. Primum aūt salutem ser
uans aut corrumpens est Aer, sine cuius inspiratione non viuimus.
Ideo primum de aere in nomine domini incipio.

De Aere.

Tractatus primus de Aere. Cap. Primū.

DIxit Eraclitus philosophus. In subtiliori aere homo sanior
& prudentior degit, quia si aer siccior anima fit prudentior
& melior. Pro possibilitate ergo sua vnusquisqꝫ eligat sibi prouin/
ciam/ciuitatem & habitationem aeris purioris & melioris. Et hoc
ut sufficit proposito nostro in tribus. In latitudine seu climate, in

De habitatiore eligēda.

orientalitate, & perflatione ventorum. Clima melius ad habitan/
dum/ingeniū & sanitatem vigorans, est quartum clima uel ei pro/
pinquum, quod expressit Halirodham in secundo quadripartiti
cap. ij inquiens. Omnes sapientes fuerunt de tercio uel quarto aut
quinto climate, & exemplificat de Ptolomeo, Aristotele, Platone,
Hippocrate, & Galieno. Ratio qa illic est aer purior siccior & subti
lior, quod studiosi cognoscūt, & in seipsis experiunt. Nam motan/
tes in quarto & quinto climate, fiunt memores: & acute intelligen/
tes. Venientes autem ad septentrionalia, clauduntur sensus eorum,
& ingrossantur spiritus intantum, ut pigre & diminute, quę olim
didicerunt raciocinant & recolunt. Conciliator autē addit, ꝙ viri
ingeniosi bene viuentes & sapientes reperiuntur usqꝫ ad 50. gradus
eleuationis poli nostri. Posteriores vero & in septentrione degentes
sensuales sunt & syluestres moribus/sapiētia & intellectu nō preci/
ati neqꝫ vigentes. Et hoc refert Ptolomeus in scđo quadripartiti, &
omnes philosophi & historici, ꝙ de sub septem stellis & prope cō/
morantes, sicut & ex opposito Ethiopes & circa ęquinoctiū habi/
tantes: ꝓpter prauas habitatiōes/prauorū sunt morum, syluestriū
ingeniorum corpore vigentes: & discretione deficiētes. Vnde Hip/
pocrates in Perinoxomaton: id est de regionibus aere & aquis/di/
xit. Regio sub polo misera est: misera ex frigiditate et grossicie aeris
misera in victualibus, & multo miserior in capacitate sapientia &
intellectu. Quod ut melius accipias docent philosophantes & ma
thematici, terram esse habitabilē in longitudine, hoc est, ab occasu
solis usqꝫ ad ortū 180 gradibus. In latitudine uero, hoc est, ab ęqui/
noxiali usqꝫ ad polum articum, seu a meridie in septentrionem 90.
gradibus, ita ꝙ longitudo continet medietatem cęli, latitudo ue/
ro quartam partem. Nam terra discooperta aquis: & habitabilis est
solum quarta pars. Quamuis moderna experientia Portugalensiū
in Indiam per Oceanum meridionalem nauigantiū inuenerit quos/
dam habitantes post ęquinoxialē ad meridiē usqꝫ ad polum antar/
ticum, quem nobis atra stix manesqꝫ profundi semper occultant.
Ab oriēte autem in occidentem habitantur de terra 180 gradus, &
diuersitas quę prouenit in aere non est tanta, nec tam manifesta rati/
one longitudinis: sicut ratione latitudinis, quemadmodum Medici
asseuerant, ꝙ si Indus mutaret regionem & aeris suę latitudinis ex
meridionali plaga in septentrionem transiens: puta in Germaniam
aut Slauoniam, moreretur, aut grauiter infirmaretur, propter ma/
gnam & subitam aeris mutationem, ut uult Hippoc. & Galienus
tercia particula affo. & Auicēna prima primi canonis capitulo de
cōplexione, Et hoc ideo, quia latitudo multum permutat aerē au/
ferens sanitatem & deijciens in egritudinem. Non est aūt tanta mu/
tatio aeris ab oriente in occasum progrediendo in eodem climate
& paralello, quia fere est eadem dispositio aeris. Secundo dico, ma

Habitatio oriētalior occidentali melior.

gis eligenda est habitatio regionis orientalis q̄ occidentalis, ex eo
ꝙ omnia meliora & uigorosiora sunt in oriēte q̄ in occidente, quē/
admodum Aristoteles exemplificat in ij. de celo & mundo/de auro
& leone orientali, quę sunt fortiora coloratiora & meliora occiden
tali auro & leone. Exinde idem Aristoteles protulit in 8 phisicorū.
Deum habitare in oriente & non in occidente, quia omnes effectus
& omnia creata nobiliora & meliora sunt in oriente q̄ in occidente.
Et Hali in scđa parte q̄dripartiti ait. Contētiones philosophorum
in oriente respectu habitantium in occidente sunt ueluti contentio/
nes uirorū respectu contentionum mulierum, & sic philosophātes
hoc tēpore in regionibus occidentalibus habitantes, sunt sicut mu
lieres respectu philosophantium quondam in oriente, quod patet
ex frequenti mutatione opinionum/positionum/& librorum. Sed
& in moribus & uestibus sunt mutabiliores, & sunt natura timidi/
ores. Aer enim occidentalis peioris & mollioris est dispositionis.
Tercio dico, saniores sunt regiones & intellectu capaciores oriēta/

les q̄ occidentales: ratione uentorum ab oriente flantiū. Quia uētus orientalis semp̱ melior est q̄ occidētalis. Q, si tibi placet accipe sub

Ventus oriē talis semper occidentali melior

distinctione. Vēti orientales flantes de mane sunt meliores, quia ueniūt per aerē depuratum & a sole desicatum, & flantes uespere sunt peiores. Ex opposito uenti occidentales sunt meliores flantes uespere, quia inueniūt aerem puriorem q̄ flantes de mane, quia sunt grossiores & peiores. Generaliter autē uentus orientalis melior est occidentali, etiam uespertinus, quia ibi est perfectior influentia cęli, & terra minus impedita lacubus & maribus, & est magis sicca. Sic & de stellis dicatur in oriente & occidente dominantibus.

Ex prędictis per modū Correlarĳ sequitur primo/Discordia inter Galienū & Aueroim sic tollitur, quoniā Gallienus dixit terras grecorum esse salubriores. Auerrois vero terras Hispanorū. Cōsiderata lōgitudine & climate sunt ęquales, quia ambe regiones sunt partim in quinto & partim in quarto climate Sed cōsiderata oriētalitate & occidentalitate/ventorumq̧ flatu, meliores & saniores sunt regiones grecorū, & plures sapientes inde prodierunt. Hispanorū vero regna sunt in hoc debiliora & occidentalia. Blandiendo autē Auerroi poterit dici, regiones Hispanorum sunt mulcebriores & molliores & humidiores ratione occidentalitatis & ex eo laudauit eas Auerrois cum sua corduba. In situ autē virilitate & ingenio, gręcorum regiones pręcellunt & sunt laudabiliores.

Secundū Correlarium. Qui habitant Septentrionalia lōge semoti a medio terrę corrigant & pręparent sua loca & habitationes calefacientibus & exsicantibus. In eis enim radĳ solis sunt incidentes & obliqui. In regionibus uero uersus ęquinoctialem sunt perpendiculares & reflexi, qui sunt fortiores & calidiores. Itaq̧ loco solis calefacientis igne pręparent & calefaciant septentrionales suas habitationes, aut aromatibus calefacientibus, aut suffumigĳs odoribus & stubis bene depuratis. Aromaticorum enī usus ad multa est utilis, dūmodo capitis dolorem non generet, prout dixit Hippo. ꝗ parti affor. Et ibidem calidū est amicum & placitum naturę.

℄ Correlarię sequitur Tercio. Commorantes in septētrione miseri sunt scd̄m Hippo. In de regionibus aere & aqua, quia frigore pręmuntur, & fęmine eorum aborsum paciuntur, uictualibus & fructibus carent, pecora & pecudes paucificantur: & frigore constringente, parua in statura & mutila, ac sine cornibus producunť, hoc uerum est, si absq̧ stubis & locis calidis tenenť. Vnde septentrionales necessitate coacti, & experientia edocti, omnia sua in hyeme & ęstate in stubis & focis conseruāt, & seipsos, sublimatis & distillatis pipere/allio/foderaturis & pellibus/ac alĳs calefaciētibus reficiūt & uerba Hippocratis simpliciter loquentis deludunt.

De Fenestis

℄ Correlarie sequiť Quarto. Fenestre ad Septentrionem & Orientem laudantur a philosophis & medicis. Ratio, quia inde flant uenti salubres. Et econtra ad occasum solis facte vituperantur ex opposita ratione. In Septentrione tamen habitantibus utile est obmittere fenestras ad septentrionem, & fceare fenestras ad orientem & meridiem, propter caliditatem exinde prouenientem, qua plurimum indigent.

Capitulum Secundum.

VOlens conseruare sanitatem, prouideat & eligat aerem transpirantem/purum/sincerum/suauem/& redolentem. Nam aer est ex rebus quę citius imprimunt in cor & cerebrum iuuamentū uel nocumentū. Calor siquidem viuificus & conseruans est instar celestis, non adinstar elimentalis, qa talis est corrūpens, & ideo celestis caloris seu aeris cōsideratio est dignior & necessaria, an sit conueniēs uel disconueniēs sanitati, & hoc est illud celeste ī quo medicū prouidere oportet, cuius si tanta fuerit prouidētia, admirabilis erit atq̧ stupēda, ut asserit Hipp. in p̄rio pronos. & magis Galien⁹ cōmētator ipius ibidē. & in scd̄o de Crisi. Nō est ergo bonū terrā alicuius ciuitatis uel habitatiōis secundare malis arboribus & herbis venenosis atq̧ fetidis, sicut nucibus/ficubus/pineis/sambucis/& taxis. Nō elleboro/iusquiamo/eruca/caulibus/& urticis. Sed melius est ꝙ secundeť, vitibus/vineis/salicibus/& bonis herbis odoriferis suauemq̧ odorē habentibus. Non est etiā bonum ꝙ in terra mansiōis sint multi bosci/sylue multe, & arbores dense, ex hoc. n. aer efficiť grossior/humidior/& impurior nocens sanitati, magis aūt intellectui & speculationi. Amplius non sint in terra habitationis aque flantes/fetide/scenose vel piscinę aerē indisponētes, quia talis fetor sicut & rerū uenenosarū in aere exprimiť, & earum nocumentū immediate ad principia vitę fertur. Ex rebus siquidē ꝑsternentibus uirtutem, sunt fetor & dolor. Pręterea nō sit habitatio in basso de concluso aere, & distemperato in calido & humido/talis nanq̧ discrasia uituperabilis & fugiēda est. secundū doctrinā medicorū, & specialiter Galien: primo de complexionibus, & hippo: in libro epidimiarum. Est enim maxime disposita ad putredinē & cōtagionē pestilentialē. Et sicut in talibus locis pestis sepe uiget, sic & illius complexiōis homines calide & hūide distemperate, velotius infirmantur, pesteq̧ tanguntur & moriūtur. Correlarie sequitur primo, ex hoc notabili. Meliores sunt medicine aquę distillate, coleria oculorū, & confectiones in sole exposite clarificate & figorate quā in stuba, vel ab igne exsicate & confecte. Ratio correlarĳ. Quia scd'm Aristo. viĳ phisicoꝝ. celū & sol in clarificando cōfortando & exicando dant spiritū viuificum, quē ignis elemētalis nō potest dare, sed solū qualitatem calefaciendi & exicandi

Correlarium scd'm. Mōstrauit Prometheus in Caucaso mōte speculādo, maiorē esse virtutē & subtilitatē aeris in mōtibus ad discē

Arbores nociuę fugiende.

Habitatiōes bonę quales

Locus diſcē di melior.

dum & ſpeculandū uſq; ad accenſionē ferulę.i.uſq; ad illuminationē nitellectus capacis, q̄ in baſſo in heremo & ſyluis denſis. Ratio Correlarij. Quia illic eſt aer ſubtilior, celū ꝓpinquius, et ꝑturbatio rara. In baſſo aūt oīa cōtraria, aer ſpiſſus: nebuloſus: & humidus, intellectiōis impeditiuus. Item qa montes altiſſimi excedūt mediā regionē aeris & nubes & turbationē aeris ex uentis, & approximāt ętheri & celeſtibus, qui ſui ſubtilitate & celeſtibus influxibus capacitatem intellectionis promouent & adiuuant. ergo etc̄.

Capitulum Tercium.

De peſte & ſignis eius.

ACcidit quandoq; aeri infectio & corurptio faciens peſtem in hominibas, aut alijs uiuentibus. Et illa aliquādo fit ex celeſtibus cōſtellationibus. Et ſigna eius ſcd̄m Auicē. 1. fen. 4. de febre peſtilētiali ſunt Aſub/uoragines celi, frequēs caſus ſtellarū, & mſte exhalatiōes cū coruſcationibus. Aliquādo aūt fit ex corruptōe terrę & uaporibus ex uoraginibus terrę egredientibus, & ſigna ipſius ſunt multitudo ranarū, multitudo muriū & uermiū ex putrefactōe generatorū. Aliquādo fit ex corruptiōe aquarū, occidens piſces & uiuētia in aquis, & hoīes in talibus aquis cōmorātes, & piſces infectos comedētes. Fit etiā peſtis ex cōtagione aīaliū infectorum, & ex delatione uaporū corruptorum, ex cadaueribus putrefactis: qualis fuit peſtis ex ęthiopia uſq; in gręciā graſſans, & ea quę fuit tēpore Hippocratis ex Illiria & terris Slauorū in gręciam pertranſiens. Et ad omnes ſpecies morbi peſtilentialis utilis cura eſt fuga & tranſitus in longinquā regionem non infectā, & tardus reditus poſt omnimodam expirationē & ceſſationem peſtis. Q; ſi quiſpiam cōtami-

Regimē tp̄e peſtis

natus eſt, & imbibit alicuius loci contagionē peſtilētialis aeris, melius eſt ei in eodē loco perſeuerare in habitationibus bene p̄paratis, cauendo cōuerſationes hoīm pręcipue infectorū & aduenarū, & tenere ignē ardentē de lignis bonis/iuniperi/abietis/pini & ſimilium in camino uel foco habitaculi in quo morat̃, & bonis odoribus ſuffumigijs floribus & ſertis redolentibus habitationē cōpetent̃ abſq; fumo & exceſſiuo odore capitis dolorē generante, reficere et ſuffumigare. Proſunt in eo caſu trociſci de ligno aloes/de belzuin/de laudamo, prodeſt odorare pomū ambre/zedoariā/tormentillam diptamū/angelicā &c̄. & hęc eadem comedere aut in orę tenere, preſertim tēporibus frigidis aut humidis, Etiā ſi placuerit addito muſco, aut ambra. In eſtate uero & diebus calidis ſub peſte utant̃ pauperes aceto aut agreſta in cibo & olfactione, Aqua limonū, ſirupo acetoſitatis citri. Et aliqui addunt ualerianā aut ſcabioſam. Ceruaria

de Ceruaria.

aūt ſemp ualet, & eſt ceruaria quaſi ſpongia ex terra eruta, in nouitate odorifera & ſuauis: & cū exicat̃ nō adeo, quia tūc induratur. Et oues in paſcuis cū ſentiunt eā concurrunt, & ſuper genua procidētes: in tantū terrā conculcant & fodiunt, donec ceruariā inuētam rapiant & deuorent, et per hoc curantur a languoribus ſuis, et maxime ab omibus opilationibus et torſionibus ventris. Paſtores aūt periti cū viderint oues ſic currere & terram conculcare, repulſis ouibus effodiunt Ceruariam & aſportant. Quod aūt aliqui aſſerunt, ex mictu ceruorum eam generari, opinio eſt & non veritas. Quia in multis locis cerui non cōparent & Ceruaria in eis inuenitur. Sed redeamus ad propoſitum timēs aerem infectum & peſtilenticū teneat bonū regimen abſq; repletione cibi & potus/abſq; piſcibus/fructibus & lacte/abſq; frequenti et ſuperfluo coitu/& abſq; balneis ſaltem frequentibus & longe more: ſeu longe balneationis. Si quis aūt fuerit catochimus uel repletus. Primū aut minuat ſanguinē/ſi ſanguis peccat aut purgetur/ſi alij humores excedunt/& p̄mittatur purgatio ſcd̄m experientiam Gentilis fulginatis per pillulas de agarico/aut aggregatiuas vel turbitatas. Poſtea hincinde pillulis peſtilentialibus cōmunibus confectiōis Almanſoris ex aloe mirra & croco poterit uti. Tiriaca aūt ſcd̄m experientiā Galieni competenter ſumpta poſt euacuationem vniuerſalem in doſi conuenienti ſcd̄m ętatem & cōplexionem prodeſt & pręſeruat. Confectio morſellorum aut rotularum qua utor. ℞. tormentillę diptami ℥℥ zuccari candi. ſandal' al. et ru. zeduarie añ ℨ1. oſſis de corde cerui ℈1. zucca. q̄. ſufficit, diſſol'. zucca. in aqua ſcabioſ' aut melliſſe/fiat cōfectio in morſellis uel rotul'. In ęſtate poteris parū apponere camphore uel boliar., in hyeme ambre uel muſci, pro diuitibus appone fragmenta lapidū precioſarū. Alia confectio maior. ℞. puluer. ſaluificantis. ℥ſ. ſpecierū diarod'ab. ℨ1ſ corticū citri macis croci oſſ' de corde cerui añ. ℈ſ. diptami tormentille zedoarie genciane angelice añ. ℈1. folia auri ij zucci ſcd̄m exigentiā, fiat confectio in forma qua placet & quottidie vtatur.

Caput Quartum.

Aer an ſit humidior aqua.

QVęramus deinceps an aer ſit humidior aqua. Et dicimus ꝙ aer eſt humidior aqua eſſentialiter & in actu primo, tamen aqua eſt humidior in effectu, vnde Galienus ſimpliciter vult ꝙ nihil eſt humidius aqua, quia licet infrigidatio auferatur ab aqua, humectatio ab ea in effectu auferri non poteſt, humectatio aūt in effectu ab aere poteſt auferri, licet humiditas eſſentialiter ab aere auferri non poteſt. Caliditas aūt ſcd̄m ſenſum ab aere auferri poteſt cū dicimus aerem frigidum actu caliditate priuatū, ſed caliditas in effectu quo ad operationē non poteſt auferri. Nunq̄ eni ꝑuenit aer ad tantā frigiditatem quin aliquid reſoluat a corporibus teſte Auicē. p̄io canone fen tercia. Reſolutio aūt eſt effectus caliditatis. Caliditas aūt & ſiccitas in effectu ſcd̄m ſenſum ab igne auferri non poſſūt, ſed ſiccitas in effectu ſcd̄m operationē ab igne auferri poteſt reſpectu quorundam corporum. Multa eni corpora igni ex-

posita efficiuntur humidiora q̄ prius erant vt patet in cera in glacie
et alijs liquabilibus. A terra aūt potest auferri infrigitatio in effe-
ctu sicut ab aqua, sed siccitas in effectu ab ea afferri nō potest. Sem
per enī terra ad sensum percipitur sicca et in corporibus quibus oc-
currit generat siccitatē. ¶Diceres. Videt ꝙ aqua esset nobilior ae-
re cum sibi approprie͡t nobiliorē qualitatē. Ad hoc potest dici ꝙ li
cet frigiditas sit nobilior qualitas: quia actiua: q̄ humiditas, tamē
respectu mixtorū ad quę elemēta sunt naturalit ordinata. humidi-
tas est nobilior, vnde mixtū nobilius puta homo est humidū a do-
minio: ideo credendū est ꝙ ad mixta perfecta: perfectius operatur
q̄ frigiditas. Vel aliter potest dici, ꝙ licet frigiditas sit nobilior hu-
miditate, tamen cōbinatio humidi cum caliditate quę est in aere, est
nobilior multa cōbinatione frigidi cū humido quę est in aqua. Q̄
ergo aer est nobilior / nō est in ratione hūiditatis sola, sed in ratione
cōbinationis calidi cū humiditate, hæc enī cōbinatio est nobilior
q̄ cōbinatio frigidi cū humido. Cōbinatio autē calidi cū sicco est
nobilissima & maxīe actiui tatis et minime passibilitatis.

Tract. Secūdus de Pane et Panificiis et quibus dam cōmestibilibus. Caput Primū.

INquit Galienus prīo alimentorū, merito studuerunt plurimi
Medicorū diligenter considerare eas, quę in alimento virtutes,
quoniam alijs adiutorijs non in omni tempore vtimur. Alimento
aūt semper. Nam sine alimento non est possibile viuere, nec sanos,
nec egros. Inter alimēta aūt primū et frequentissimū est panis. Iccir
De pane & co de pane prius dicendū. Panis et eius pręparatio uariatur secūdū
materiā, secundū artificiū, secundū uetustatem et nouitatē, secundū
quantitatē, puta magnitudinē et paruitatē, et alijs modis. Secun-
dū materiam uariatur, quia frumentū uariatur secundū aliam & a-
liā terrā in longitudine et latitudine, secundū dispositionē et cribra-
cionē / & pinguedinem et macredinē, secundū ꝙ ex meliori messe
collectū, secundū diuersitatē aquarū, secundū diuersitatē naturæ
fermenti et naturæ salis et ignis proporcionati. Itaq; panis in quo
est multū fermēti et salis: est pauci nutrimēti: et est exicatiuus ualde:
Et ille in quo est parū fermēti et salis: multū nutrit et tarde digerit.
Panis aūt in quo est mediocriter fermenti et salis, est boni nutrimēti
facilis digestionis et descensus. Panis aūt azimus nulli ętati nulliue
cōplexioni est cougruus, nisi interdū multū laborantibus: aratori-
bus pinguibus et iuuenibus. Item panis magnus est nutribilior et
plus habet de medulla, et est magis laxatiuus. Et paruus panis est
econtrario, est enī cōmuniter exicatiuus. Mediocris uero medio mo
do se habet. Et panis de farina depurata a furfure est nutribilior et
melioris nutrimēti et tardioris descensus. Et ecōuerso panis in quo
est magna quantitas surfuris, uentrē lenit et mundificat: abstergit et

parū nutrit & male digeritur & cito descendit. Panis in quo est mul
tum de medulla, quę simila uocatur & parum de furfure parumq;
salis & fermenti, multum nutrit / tarde digeritur, venas opilat & la
pidem in renibus generat. Sic & azimus panis grossos humores ge
nerat & uiscosos: male digeritur: venas opilat: & lapidem in reni-
bus generat & vesica, & queadmodū dixi, nullis hominibus com-
petit, nisi fortibus ualde, & iuuenibus habentibus venas latissimas
velut messoribus / pugillibus / & fortissimis exercicijs insudātibus.
Dicit aūt Galie. in primo alimentorū, ꝙ tales utentes grossa dięta
egritudinibus grauissimis posterius reseruantur: & ante senectutem
moriuntur. Panis aūt ex subtili parte farinę factus sine furfure cum
fermento competenti, est facillime digestionis, & competit conuale
scentibus & debilibus, nam bene nutrit & cito digeritur, & non cō-
petit sanis & fortibus, qa sani indigent fortioribus alimentis. Opti
mus ergo panis sanis / est panis ex optimo grano mediocriter fermē
tatus & salitus: parum furfuris habens, in clibano de igne cōmen-
surato & proporcionato coctus. Optimū granū uocāt medici gra
num frumenti seu tritici ponderosum / frangibile / interius album,
& corticem habens subtilem / coloris subrubei / bene maturum / nō
vetustate corruptum; nec valde nouum / ex bona messe collectum.
Tale aūt granum non crescit in terra sicca. i. macra, sed in terra satis
pingui, nec in terra valde vmbrosa: nec ualde profunda, sed in ter-
ra eleuata soli & ventis bonis discooperta. Huiusmodi aūt frumen
tum melius est scd̄m terrę latitudinem ad plagam septentrionalem
q̄ meridionalem, plus enim habet medullę, & minus corticis, & est
ponderosius cęteris paribus. Secundū aūt longitudinem terræ fru-
mentum orientale est melius occidentali & nutribilius: & accedens
ad temperamentum. Quod si ex eo facta fuerint cibaria, ex medul-
la in aqua decocta: ad humiditatem declinabunt: & forte ad aliquā
frigiditatem: sicut sunt pultes sorbiles facte ex farina frumenti. Et
similiter ferculum factum ex a__ido cum aqua simplici. Cibaria
vero depastata si fricantur in oleo declinabūt ad caliditatem: & sic-
citatem, horum omniū rationes facile assignabis per consideratio-
nem & respectum ad eorum complexionem ad artificiū / fermentū:
sal / oleum et cętera talia. Reliqua grana panifica recesserūt a tempe
ramento frumenti. Et ideo debiliora & posteriora sunt eo.
Ordeū enī subtile & abstersiuū est respectu frumēti. Et scd̄m Galie. Ordeum
de alimētis, nullatenus calefacit corpus, scd̄m vllū modum p̄para-
tionis eius. Humectat aūt & exicat diuersimode preparatū. Est q̄q;
fragilius, non solū frumentaceis cibis, sed & multo magis speltinis Siligo.
& orizeis, & adhuc siligineis. Alsita aūt aut Siligo: put dixit Gal.
septimo de simplicibus est multū ipso ordeo siccior. Et ī primo de
alimentis dixit. Non improbabiliter utiq; qs nominabit paruū fru
mentū Alsitam. i. siliginē, et colore et spissitudine, & caliditate vir-

tutis assimilatam ipsi frumēto. Vnde & habitatores scd'm Asiam minorem scd'm Pontum & Bitiniam. Sed & in Europa omnes ad septentrionem declinantes utuntur ea, & panibus ex ipsa pistis. Grana aūt orise.i.risi & panici & milij declinant ad siccitatem & constrictionē, verū melius est miliū panico ad omnia: etem delectabilius ad esū & īdigestibile mīus, & mīus stringit uentrē: & magis nutrit.

Risum. Milium. Panicum. Auena.

¶ Auena aūt cibus subiugalium est non hominū, nisi forte alicubi famescentes extreme cogantur ex hoc semine facere panem: qui nō est retentiuus uentris: aut prouocatiuus, sed in medio scd'm hoc ordinatus est. Hęc sunt verba Galieni: & similia sunt apd' Auicē: cano. scd'o cap. Dreuser. Exinde medici inuehūt cōtra practicos germanos. Qui more subiugaliū iubent suis ęgris. Auena uti & ipsius ptisana. Cum regulariter ordeo & aqua ipsius deberēt eos reficere.

Capit. ij. In Afforismis esculentorū.

Afforismus primus. Calidus panis.

Generalit̄ obseruandū est ꝙ non comedat̄ panis die qua fuerit coctus, nisi pri⁹ caliditas ignea a pane recesserit. Nā huiusmodi caliditas corrūpit calorem naturalem, & extinguit, propter qđ impedit̄ digestio. Panis etiam vltra scd'm diē decoctionis non est bonus. Nam alteratiōem recipit, & ab eo recessit complexiōis eq̄litas secundū recessum a scd'o die. hęc est intentio Auenzoar in tractatu suo de regimine sanitatis.

Aff. 2 Pingues homines.

¶ Homines pingues & q̄rentes sui corporis macredinē & extenuationem, & hn̄tes debilem digestiuā, indigent pane subtili & exicatiuo: & parū nutrienti, & huiusmodi est panis ex subtiliori farina: cū furfure bene fermentatus & salitus, cū multa aqua bene coctus. Homines aūt querētes sui corporis impiguatiōem, econtrario indigent pane multi nutrimenti. Vnde eorū panis debet esse ex farina grossiori & pauco fermēto & pauco sale, & sine furfure. Et hij bis in die comedāt. Illi vero semel. Rasis q̄rto almansoris. Et Auicēn: tertia fen primi.

Aff. 3

¶ Panis subcinericius denominatus ab eo ꝙ coquit̄ sepultus in cineribus, similit̄ panis cū carbonibus vel arena commixtus, addit prauitatem & periclitatiōem comedētibus. Omniū etenim panum pessimi existunt Galienus p'io alimentorū.

Aff. 4 De pane & carne.

¶ Non est comedendum ad repletionē, sed relinquendū aliquid appetitui. Repletio aūt panis nauseatiua deterior est repletiōe carniū. Ideo qa cęteris paribus est indigestibilior carne, ratione suę duriciē & siccitatis. Maior siquidē est proportio inter carnē & corpus nostrū q̄ inter panem & corpus nostrum. Et nocumentū panis cū non digeritur est maius q̄ nocumentū carnis indigeste. Ex Auicēna t'cij fen primi de eo ꝙ comeditur & bibitur.

Aff. 5

¶ Si aliquis sit valde famelicus non debet comedere subtilē cibum vt oua sorbilia & carnes volatilium minorum. Nam huiusmodi cibaria in stomacho eius corrumpuntur & faciunt quādam repletionem fantasticam & falsam. Sed in tali casu cibus grossior est conuenientior in principio cōmestionis q̄ subtilis. Quāuis cibaria subtilia & facilis digestiōis regulariter in alijs hominibus prius sunt sumenda: ut uult Galien. ij. regiminis acutorū in cōmento illius. Post ptisanam si aqua mellis bibitur. Item Gali. ij regiminis acutorū cōmēto 14. dicit ꝙ hora sumendi ptisanam & aquam eius est una, sed differentia est in re una, & est ꝙ aqua sumenda est & postea ptisana, modo constat ꝙ aqua est subtilior ptisana. Amplius eadē est intentio Auicē. 3. fen primi canonis. Et Rasis 4. Almāsoris. Et Hali abbatis primo practice. etc.

Aff. 6 De fructib⁹ lenitiuis.

¶ Subtilia & lubrica & ventrem lenientia: sicut pruna uuę passe ficus: Cassia fistula / Cerasa persica / melones / & similes fructus horarij & precoces. Inartificiale est omnino ꝙ sumant̄ in eadē mensa cū alijs cibis: nec ante nec post cito, qa talia sic sumpta sunt causa descensionis cibi ante perfectam digestionem, & post cibū statim sumpta sunt causa generatiōis malichimi & corruptionis cibi. Si ergo talia lubrica propter aliquā causam debent recipi, sumēda sunt per unam horam aut duas ante sumptionem aliorum cibariorum. Hęc est intētio rasis 4 almansoris. Et Gali: tercio alimentorū capitulo de prunis. Et Auicen. tercia fen primi.

Aff. 7 Plura fercla.

¶ Nihil deterius est q̄ diuersa nutrientia simul iungere, & post in comedendo tempus prolongare, & maxime quando nutrientia in sui receptione ordinem non habent. False ergo ritmisauit: qui dixit, Felix qui misces inter tua fercula pisces. Ex Auicen. tercij fen primi de regimine eius, ꝙ comeditur & bibitur.

Aff. 8 Pisces.

¶ Pisces sunt frigidi & humidi flegma generantes. Ex eis autē eligibiliores & meliores sunt mīores nō valde magni boni saporis q̄ morant̄ in aq̄s petrosis vl' arenosis: in aq̄s dulcib⁹ & currētibus, nō in sordidis / scenosis nō in stagnalib⁹: nec in q̄s sordes ciuitatis defluūt Ex Auicē. canone scd'o de piscibus. Et ex Gali. t'cio alimen. Addit Rasis in q̄rto secretorū. Boni pisces sunt colore splendentes & clari: substantia teneri. Qui aūt habent maculas liuidas: vel puncta nigra vel sunt coloris pauonis liuidi & nigri, aut habentes viscositates in cute vel brancis pessimi sunt. Rasis ubi supra.

Aff. 9

¶ Pisces nō coquātur, nec comedant̄ cū lacte neq̄ cū butiro, q̄niā disponūt ad leprā: ad scabiem: & malas egritudines. Auicē. tercia fen primi de eo qđ comeditur & bibitur. In hoc peccant septētrionales habitantes iuxta mare Germanicū & Balteū. Sarraceni vero & Hispani ꝓhibent vinū bibere supra pisces, quia vinū trahitur propter ipsius delectationē in venas pariter cū cruditate piscium, & generatur putrefactio cum febribus & malis egritudinibus. Exinde elicias ꝙ nō rationabiliter faciunt qui pisces in vino coquūt, & qui estimant vinum digerere & concoquere viscositates piscium. Non

considerant exinde subsequi raptum & penetrationem cruditatū in
De Carnib⁹ venas & generare opilationes & febres.
Aff. 10 ℂ Carnes gallinarum iuniorū pinguium & pullorum earum sunt
bone. deīde carnes capreti, postea vituli & mutonis. Ratio quia lau
Carnes meli dabilem sanguinem generant. Reliquę carnes sunt melancolice, ve-
ores quę luti sunt ceruorum / bisontū / boum / onagrorū / anserū / anatū / ma-
gnarum auium / gruis / pauonis / & leporis. Auerrois in quinto col
liget, & concordant alij medici.
Aff. 11 ℂ Carnis naturaliter multū sicce elixate plus nutriunt q̄ non elixa
te, huiusmodi sunt carnes naturaliter melancolice & macilente, vt
auium montanarū / sed carnes humide grosse & viscose econtrario
elixate min⁹ nutriūt, sicut carnes porcorū & castratorū. Exinde ac-
cipe ꝙ carnes assate sunt hūidiores naturali & intrinseca hūiditate:
cocte vero sunt humidiores hūiditate acquisita & extrinseca.
Aff. 12 ℂ Licet sanorū laborantiū cōmestio matutina debet esse minor q̄
et ultimus vesptina. Ratio patet. In infirmis tamē totū est oppositū. Nam cō-
mestio uesptina sicut & sanorum ociosorū debet esse minor: & prę-
cipue si sit morbus nocturnalis. Nam naturaliter magis laborat na
tura in digerendo materiam morbi de nocte, & ideo uersus noctem
natura est minus cibo sarcinanda. Q̃ si egritudo sit paroxismalis
& paroxismus sit de mane, & declinatio paroxismi sit versus no-
ctem: tunc cōmestio vespertina debet esse maior: & matutina mi-
nor, quia in paroxismis cibum subtrahere oportet, apponere enim
in talibus est ledere.

Capit. iij. de Leguminibus z oleribus.

De Faba FAba inflatiuū ędulium est, quamuis ad plurimū decoquatur
& qualitercūq; prępararetur, non deponit inflationē tēpore de-
coctiōis. Inde studentibus & intellectu laborātibus & maxime hoc
cibo inasuetis: similiter colicam & crepaturą̄ habentibus: & corpo-
pora ad ventositates prępararata habentibius prohibet. Per totū em̄
corpus ex ea sensus fit tensiōis cuiusdam a spiritu inflatiuo: & som-
nia grauia generatiuo. Qui aūt in tabernis morant̄ ex ea lauant pe
des hominū & alleuiant̄. Et mulieres quottidie utuntur fabarū fari
na / ptisana et aqua eius abluentes faciē: sicut alij nitro & affronitro
& inueniūt abstersionē & clarificationē vultus earū. Gal. 1. alim̄.
De Pisa. ℂ Pisa non est inflatiua sicut faba, sed virtutē abstersiuam non ha-
Aff. 2 bet: & propter hoc tardioris egestiōis est secundū ventrē ipsis fabis
Gal. 1. alimen. vide Auicē 2. can̄. capi. Meyste.
Robile ℂ Robelię grana sunt in uagina sicut orobi, & habēt colorem uiri-
Aff. 3 dem: & habent oculum in medio sicut faseoli: & eius herba est sicut
faseoli: & est in uagina sicut faseoli: & apud Serapionem et Auicē,
& Rasim uocatur mes. Rasis eni de faseolis & mes facit diuersa ca-
pitula, similit̄ Serapio. Pisa aūt sunt multū similia robelijs, nisi ꝙ
pisa sunt albiora & rotūdiora, & habent corticem subtiliorē. Isaac
de pisa nullum facit capitulum, nisi sub hoc nomine robelia. Sera-
pio aūt & Auicē. nō faciunt mentionē de piso, nisi sub hoc nomnie
mes. Quicquid aūt sit / robelię et pisa satis videtur esse propinqua
in natura et operationibus, sicut propinqua sunt in figura sapore
Credimus tamen ꝙ pisa est melior robelijs via nutrimenti. Succus
autem robeliarum & pisarum confert habentibus tussim & catar- Pisa
rum atq; infrigidacionem pectoralium.
ℂ Faseoli medium eduliū sunt euchimorū & cacochimorū / bene Faseoli.
digestibilium & indigestibiliū, tarde egestionis et celeris egestionis: Aff. 4
non inflatiuorum & inflatiuorū, & eorum quę sunt pauci nutrimē-
ti et multi nutrimenti Gali. primo alimentorum
ℂ Cicer est edulium non minus fabis inflatiuum, fortius autem &
plus illis nutriens. Excitat autē impetus ad libidinem simul cū hoc Cicer.
et spermatis generationē. In habētibus aūt spiritualia sicca et con- Aff. 5
sumpta, & qui sunt parati ad ptisim, et quorū natura est ptisi pro-
pinqua, ferculum ex ciceribus factum est valde conueniens: plusq̄
ferculum aliorum leguminū, non obstante: quia ferculum medullę
fabarum et robeliarum: et forte lentium: et faseolorum: et pisarum
satis sint conuenientes. Inest autē eis et abstersiua virtus amplius q̄
fabis, quare aliqui ex ipsis et consistentes in renibus lapides euidē-
ter comminuunt. Galienus primo alimentorum.
ℂ Rape sunt bone, et bonum chimū generant, et oculos mirabili- Rape
ter clarificant: quāuis ventositates generant. Auerrois in 5. colliget Aff. 6
& Rasis in q̄rto secretorū, Et versificator. RaPa radix bona come-
denti dat tria dona, visum clarificat: ventrem replet: et bene bom-
bat. Intellige de rapis dulcibus oblongis, quales fuerūt in Cordu-
ba in patria Auerois, et talis etiā sunt in patria mea. Et non intelli-
ge de rapis rotundis et aquosis, in sapore maguderis et caulis, quę
sunt quedam species napi malum humorem generantibus.
ℂ Canape sunt intemperate, et valde multū edulium indigestibile Canape.
et malum stomacho: et illatiuū doloris capitis et: mali chimi. Ga-
lienus primo alimentorum.
ℂ Frigidus cibus: lentes miliū et cucurbite. Hipp. epidi. 5. ꝑticula. Lentes.
ℂ Omnia olera et caules sunt melancolica, melancolicum humo- Milium.
rem generantia, preter lactucam et buglossam. Auerrois q̄nto col- Caules.
liget. Rasis idem dicet q̄rto suorum secretorū, sed addit preter en-
diuiā acetosam rapistrum / olus iamenum / et lactucam, quę bonū
sanguinem generant, infrigidant tamē et visūm caligant. hęc Rasis
ℂ Omnia legumina uiridia et nondum matura ventrem mollifi-
cant et subducunt, cito enim descendunt. Gal. primo alimentorum. Legumina.
ℂ Natura leguminū et seminū terrę nascētiū est terrestris et melāco Virida.
lica. Serapio in aggregatiōbus suis cap̄lo de robellis gn̄alisat em̄ Legumina
de oībus leguminibus ꝙ eorū substātia est terrestris et melancolica.

Aff. 12 ℂ Omnia legumina matura torrefacta & aſſata, ventrem ſiſtunt et conſtringunt. Galienus primo alimentorum.

Aff. 13 ℂ Omnino inartificiale eſt ſumere fabas et alia legumina cū corticibus ſuis. Nam omniū leguminū cortex eſt ſtipticus & medulla lenitiua. Item medulla eſt abſterſiua & cortex non. Item quia natura multū laborat in digerendo illud ꝙ eſt eterogeneū ſeu diuerſę nature. Non eſt ergo ſumenda medulla leguminis cū cortice eius. ex Galieno primo alimentorū & alijs medicis.

Aff. 14 ℂ Acetū et oīa cū aceto ꝑparata ſunt melācolica Auer. 5. colliget.

Capitulum Quartum de Dubijs.

De Pane frumentaceo & ordeaceo.

Dubitatur quod ſemen ſit nutribilius. Iſaac enim dicit ſub auctoritate Galieni, ꝙ ordeum cęteris granis eſt nutribilius. Huius autē oppoſitū inquit Raſis, quod frumentū eſt nutribilius ordeo. Ad hoc dicendum ꝙ frumentum dicitur nutribilius, quia eius nutrimentū tardius diſſoluitur et tardius aſſimilaẗ. Sed ordeum dicitur nutribilius, quia pauciores habet ſuperfluitates q̄ frumentū, et citius conuertiẗ in mēbrū, & ſic nulla eſt contradictio: vł poteſt dici et forte melius ꝙ frumentū eſt nutribilius per ſe pluſq̄ ordeum, cęteris enī paribus frumentū eſt ponderoſius et plus habet medullę q̄ ordeum, & ſic eſt nutribilius per ſe. Et ſi ordeum dicitur nutribilius: hoc eſt per accidens, quia citius nutrit q̄ frumentū, Sed rei veritas eſt, ꝙ panis de ordeo poſt panem de frumento eſt melior ſanior & nutribilior, Et forſan in acutis morbis ille panis eſt melior ſimpliciter In corporibus autē ſanis, panis ex frumento eſt ſimpliciter melior, Deinde panis ex ſiligine eſt minus bonus. Deīde panis

Quis panis ſit ſimpliciẗ melior.

auena & ſpelta et milio et huiuſmodi panes qui deficiunt in bonitate ab optimo. ℂ Secundū dubiū videtur Galienus intendere ꝙ panis optimus ex optimo frumento ſit calidus et ſiccus circa ſecundū gradū, Nam ipſe ponit ꝙ frumentū eſt calidū in primo gradu panis autē calidior. Nā acquirit caliditatē ab igne: et a fermento et ſale. Farina autē quandā caliditatē acquirit ratione molitiōis. Et ſic videtur intelligere, ꝙ panis eſt calidus et ſiccus in gradu ſecundo Auerrois autē 3. colliget, ponit panem cibum temperatū. Vnde experientia docet, ꝙ panis optimus ſolum patitur a corpore noſtro et non agit in corpus noſtrum actionē notabilem. Sed illa quę ſunt calida in ſcđo gradu faciunt actionē notabilem in corporibus noſtris. Amplius ꝙ eſt calidum et ſiccum in ſcđo, non poteſt generare optimū ſanguinē et temperatū. Nam ꝙ generat optimū & temperatū ſanguinē nō eſt multū lapſum. Nunc aūt optimus ſanguis generatur ex optimo pane, ut aſſerit Galienus prīo de alimentis. Et ſic panis optimus eſt cibus temperatus. Ampli⁹ ſi panis eſſet calidus & ſiccus in ſecundo, non appetet a corpore noſtro temperato. Nam corpus temperatū appetit ſibi ſimilia, panis aūt nō eſſet ſibi

Cuius cōplexionis ſit panis.

ſimilis. Et

ſimilis. Et ſic melius eſt dicere, ꝙ panis de complexione actuali & eſſentiali, & per ſe eſt frigide & ſicce cōplexionis, qa eſt terreus a dominio. Et omnia talia ſunt frigida & ſicca, de complexione actuali & eſſentiali data ab elemētis, licet de cōplexiōe formali data ab agente, forſan ſit calide cōplexionis, ſicut alia mixta. Et de illo diceẗ intra. Sed panis de complexiōe potentiali, inquantū cibus, eſt tpatus, Dictū ergo Gali: exponiẗ de complexione actuali date ab agente, quę complexio ſequiẗ formā, & ſatis cito corūpitur. Sed in pane eſt quędā proportio precedens formam, ratione cuius habet aptitudinē & ratiōem cibi & nutrimenti. Et ſcđm illam proportionem miſcibiliū, poſtq̄ patiẗ a corporis noſtri calore, eidem efficitur ſimilis ſimilitudine pfecta propinqua. Et deinde efficiẗ valde ſimilis, quādo nutritio perficiẗ, & fit aſſimilatio. Cōplexio aūt panis ordei declinat ad frigiditatē, ſimiliter de milio & panico intelligiẗ. Sed cōplexio auene & riſi declinat ad caliditatē. Solus ergo panis de frumēto eſt tēpatus cibus. Ad maiorem noticiā predictorū & ſequentiū. Sciendum ꝙ loquendo de complexione actuali & eſſentiali materiali data ab elemētis. Omnia legumina & ſemina ſunt frigida & ſicca a dominio terrea. Sed loquēdo de cōplexione actuali data ab agēte, huiuſmōi legumina et grana ſunt calida a dominio Sed de cōplexiōe agregata huiuſmōi ſemina & legumīa, ſūt frigida & ſicca a dominio. Nā ī huiuſmōi leguminib⁹ materialis cōplexio vicit & ſupat formalē. & ſic totalis ē frigida & ſicca. Sed de huiuſmōi nō cōſiderat medic⁹ deẗminādo & referēdo ad nutribilia, ſed ſolū de potētiali. Et hęc potētialis cōplexio in aliqb⁹ leguminib⁹, poſtq̄ reducūẗ de potētia ad actū eſt frigida, & in qbuſdā ē calida hūida aut ſicca. Hęc eſt ergo cōplexio de q̄ cōſiderat medic⁹: loq̄ns de nutribilib⁹. Et eſt quędā ꝓportio & aptitudo in materia nutrimēti ante actū nutritionis mō imperfectiori: & in actu nutritiōis & poſt nutritionē mō pfectiori. Si em̄ pfectio corrūpereẗ, ſequereẗ ꝙ motus alimenti ad mēbrum eſſet contra naturā & violentus. Nihil em̄ naturaliter & per ſe mouetur ad locū ſuę corruptionis, vnde graue naturaliter deorſum mouetur ut ibi ſaluetẗ. Locus em̄ conſeruat locatum. Si igiẗ illa proporcio corrumpereẗ in mēbro, ille motus eſſet violentus illi proportioni, huius aūt oppoſitū omnes dicunt. Nam cibus mouetur ad mēbrum ſicut ferrum ad adamantem motus aūt ferri non eſt violentus ſed naturalis, vt aſſerit Cōmentator 7. phiſicorū cōmento 10. Motus em̄ ferri ad magnetem & alimēti ad mēbrum eſt ſicut ad locum in quo quieſcit. Et ſimiliẗ dicit Galienus in fine primi acutorū: & in ſcđo de virtutibus naturalibus & idem innuit de ſimplicibus. etč. Sic igiẗ imaginandū eſt. ꝙ proprietas paſſiua, qua cibus moueẗ ad mēbrum: & conuertitur in membrū non corrumpiẗ: ſed perficitur. Proprietas tamē paſſiua qua ferrum attrahitur a magnete, eſt ꝓprietas conſequens formā ſubſtantialē ferri, Sed proprietas paſſiua qua cibus mouetur ad mēbrum

et conuertitur in mēbrum: est precedens formā alimenti, quę corrūpitur in actu nutritiōis & remanet materia alimenti cū illa proportione sub forma mēbri quę non est pars formalis: cū sine ipsa potest esse forma mēbri. sed est pars materialis, ꝓprietas aūt q̃ est ꝑ modū actiui, q̃ est in mēbro, seqꝛ forma mēbri. Et huiusmōi ꝓprietas proprie loquēdo, nō est in ꝑte materiali. Nā ꝑs materialis nullā opationē facit, nisi ratiōe partis formalis, vnde illud ꝙ nutrit̄ est pars formalis, & nō materialis, pars tn̄ formalis nutrit̄ per generationē noue partis materialis. A parte em̄ formali fit resolutio per resolutionē partis materialis, & sic ꝓprie in nutritione non generatur forma mēbri, nec etiā per resolutionē corrumpitur forma mēbri, sed solū pars materialis resoluitur & regeneratur. Proprietas aūt passiua antecedens determinatā proportionem miscibilium: per quam erat cibus futurus, remanet in cibo actu cibante & in actu nutriente, sed modo perfectiori est in cibo actu cibante & actu nutriente: & post instans nutritionis q̃ in cibo futuro: & in cibo qui est cibus futurus. Nam post actualē nutritionē, huiusmōi ꝓporcio & ꝓprietas cōsequens ꝓportionē miscibiliū: stat sub forma nobiliori, scz sub forma rei nutrite, in illa aūt ꝑte materiali generata ꝑ nutritionē, est ꝓprietas consequens formā membri inquantū illa pars materialis est aliud partis formalis: & ut sic ei inest ꝓprietas per modū actiui scilicet virtus atractiua & conuersiua. In huiusmodi etiā parte est ꝓprietas precedens formā mēbri quę etiā erat in cibo ante actualem conuersionē, Et sic in eodem est ꝓprietas actiua cōsequēs formam mebri, & passiua precedens formā respectu tamē diuersorū.

Dubium.

¶ Circa predicta sunt dubia fortia. Nam in nutritione corrūpit̄ cibus: verbi gratia, corrūpitur faba & generatur caro, sed subiectum generationis & corruptionis est materia prima, ut habet videri de generatiōe primo, vnde in tali generatione fit resolutio usq; ad materiā primā. Nam generatio est trāsmutatio totius in hoc totū nullo sensibili remanente, & sic videtur ꝙ hęc ꝓportio eadem non remanet nec etiā proprietas. Amplius dicit̄ in predicamētis, ꝙ corruptis primis substātijs impossibile est aliquid aliorū remanere, & sic non remanebit materię ꝓprietas: nec eius corruptio. Amplius in q̃ est ꝓprietas actiua, nō potest habere ꝓprietatē passiuam, sed postq̃ cibus est conuersus habet proprietatem actiuā & sic non remanebit proprietas passiua. Ad dubitationes dicimus. Ad primā, quod in nutritione fit resolutio vsq; ad primā materiam: sic ꝙ nulla forma substantialis dans esse distinctū scd̄m speciē & esse suppositale remanet in materia, omnes huiusmōi formę corrūpuntur in actu generationis & nutritionis. Sed ꝙ alique ꝓportiōes existētes in materia: non remaneāt in materia ante generationē & nutritionē & post. Non intellexit Aristoteles. Et hoc modo intelligendū est ꝙ generatio est transmutatio huius tocius, in hoc totū. i. ꝙ materia prima

est subiectū generationis & nutritionis. Huiusmōi enī proportio est in materijs elementorū. Et sic remanet elementorū materia eadem ante gn̄ationē & post. Et sic potest eadē proportio remanere. Licet sit perfectiori modo in generato q̃ in corrupto, vel esse possit. Nā carnes generate ex fabis habēt huiusmodi proprietatem passiuam perfectiori modo quā habuerūt fabe, licet eadē sit in fabis & in carne materia. Et quando dicit̄ ꝙ corruptis primis substantijs &c̄. verum est aliquod eorū consequentium formam, Sed de cōsequentibus materiam non erit impossibile.

Tract. iij. de Vino & potibus. Ca. primū.

De Complexione vini.

Vinum de complexiōe materiali & elemētari data ab elementis est frigidum & humidū a dominio. Omē siquidem cursibile male terminabile termino ꝓprio. Et bene terminabile termino alieno, quod aquę supnatat est aquęū a dominio. Oleū aūt qd᷑ est cursibile termino ꝓprio. aquę tamē supernatat: forsan est aereum a dominio respectu aquę. Et forsan est aqueū respectu aeris. Vnde in aq̄ oleū est leue, & in aere est graue. Sed vinū de cōplexione formali & potentiali, data ab agente, est mixtum, quod est calide cōplexionis, Sed de aggregata complexione ex materiali & formali (& hoc teneo ꝓ vero) vinū est frigide & humide cōplexionis, quia ad tactum derelictū ꝓprię naturę, ex eo apparet frigiditas & humiditas manifeste. Sensus aūt tactus est vere iudex calidi frigidi humidi &c̄, De his cōplexionibus parum curat artifex medicinę. Nam scd̄m hanc complexionē parū operat̄ vinū in corporibus nostris. Pręter has aūt complexiones est ponere in vino, & in alijs quę corpori nostro approximant̄, complexionē unā quę dicit̄ potentialis: Talis cōplexio debetur his solum quę habent quandā ꝓportionē cū corporibus nostris in ratione cibi uel medicinę, sicut adamas & ferrum habent proportionē & similitudinē adinuicē ut supra dixi: Nunc aūt est experientia, ꝙ vinū postq̃ est passum a corpore, calefacit & desicat per se & naturaliter, & si infrigidet & humectet: hoc est per accidens. Qꝫ autē vinum calefacit, exprimit Galienus tertio cōplexionū, vnde asserit ꝙ vinū calefacit via medicinę & via cibi. Nam via nutrimenti: sanguinē: & spiritum multiplicat, & omne tale calefacit, & anteq̃ etiā ipsum in sanguinē & spiritū conuertit̄, calefacit. Videmus etiā ꝙ vinū exicat & consolidat vulnera, et sic vinū est siccum. Sed si vinū non reduceretur de potentia ad actū a calore nostri corporis, tūc infrigidaret & humectaret, Et ex hoc ꝓuenit ꝙ vinū sumptū in quātitate magna, reduci non potest de potentia adactum acalore nostro, & infrigidat & humectat. Nam tunc cōplexio actualis vincit potentialē atq; superat, & sic causat egritudines frigidas & humidas, uti spasmū /paralisim /tremorē /epilensiā & similes. Et ꝓpter hoc asserunt sapiētes, ꝙ licet uinū sit calidū

& siccū, generat tamē egritudines valde frigidas, quādo scz trāsit ad neruos & cerebrum cū sua actuali & essentiali frigiditate: & non reducit ad actū. Sicut uidemus ꝙ lignū suffocat ignē & extinguit, quādo non reducitur de potentia ad actū. Si vero vinū perfecte reducitur & in humorem conuertit naturalem & bonū, poterit multiplicare sanguinē & coleram, quę si fuerint circa temperamētum, causabunt sanitatē Si cū excessu facient egritudines calidas. Istud trahitur ex Galieno iij. cōplexionū. Amplius uinū calefacit corpora dupliciter. Primo quidem in quantū in sanguinē & spiritum cōuertitur, & tunc calefacit in quātum cibus medicinalis conueniens: sanguinē & spiritum multiplicando. Secundo calefacit inquantū medicina, & illa calefactio est q̄litatiua. Sed prima calefactio quātitatiua et substantifica, Et sic prio mō calefaciendo, omnia corpus nutrientia calefaciunt, etiā si sint frigida. Vnde lactuca corpus hoc modo calefacit: scilicet primo modo, licet lactuca inquantū medicina corpus infrigidet. Omnis em̄ cibus in ratione cibi, corpus calefacit, sanguinē generando & spiritum & calorem. Sed nō omnis cibus in ratione medicinę calefacit. Immo quedā calefaciunt, ut vinū quędā infrigidant ut lactuca. Et similiter dicas de sicco et humido. Nam omnis cibus in ratione cibi humectat, ut vinū in ratione cibi humectat humidū augendo quātitatiue & substantifice & quo ad corpulentiam. Sed in ratione medicinę, quędā desicant & quędam humectant. Vnde in ratiōe medicinę uinū desicat & nō humectat: supposito ꝙ perfecte reducatur de potentia ad actum. Sed lactuca in ratione medicinę humectat. Q, aūt vinum in ratione medicinę desiccet, patet, quia uidemus ꝙ ulcera desicat & uulnera cōsolidat & omnia talia sunt desicatiua, Pro exemplo accipe. Quidam miles nostras habuit aperturam ulceratam sub māma sinistra, & minime potuit curari tam per phisicos theoricos q̄ chirurgicos, etiā nec ꝑ inunctores, ungentes litargirio mercurio, & similibus. Missus est in Hungariā in quadam legatione & non habens alium potum, bibit vina fortia & calcinosa, quę subsidentiā calcis reponunt, & curatus plenarie rediit. Non aliūde nisi ex uino forti & desicatiuo, ꝙ ulcus eius exicauit & consolidauit.

Vinū calefacit corpora dupliciter

Vinū desiccat.

Capitulum Secundum.

Vinū ex q̄tuor substantijs integrat.

SEcundum Galienū 4. simpliciū. In vino sunt q̄ttuor substantię, sicut in massa sanguinaria. Quarū vna est similis melācolię & est fex. Alia similis est colerę, & hoc est spuma. Tercia similis est flegmati, & est aquositas. Quarta est substantia uini pura similis sanguini. Quapropter uinū depuratur a fece per partem inferiorem & a spuma per partem superiorem, et ab aquositate nō depuratur. Nam sicut flegma remanet in sanguine: et tempore necessitatis conuertitur in bonum sanguinē, quia est sanguis semicoctus: sic & aqsitas. Postea per ebulitiōem uini maturat et in bonum uinū conuertitur. Et hoc est ꝙ Galienus dicit q̄rto simplicium medicinarum. In vino nouo remanet de caliditate solis simile scintille ignis, et per hanc caliditatē maturatur pars aquea perfecte, quę iā secundū mediū erat matura: et propter hoc uina buliunt, et quando maturatio est cōpleta resoluitur caliditas, quę erat causa ebulitiōis. Ex istis dictis Galieni bene patet ꝙ vinū nouū ante ebulitionē, et in actu ebulitionis est calidius solari caliditate et cœlesti q̄ vinū antiquū, Sed caliditate propria et naturali, mustum est minus calidū, quoniā in musto et uino nouo sunt plures partes aquę et minus maturę digeste quā in vino antiquo. Et propter hoc Auicē. sentire uidetur ꝙ uina noua sunt calidiora. Cuius contrariū asserunt omnes alij. Et licet uideat contrarietas, tamen non est scdm veritatem, ut manifestū est ex distinctione supradicta. Et quia uinū per ebulitionē purificat per superius & inferius. Ideo uinū circa medium est melius et magis purū magisq; sapidum, & magis a superfluitatibus depuratū. Cuius oppositū contingit de melle & oleo. Nam mel solū depuratur per superius, & oleum per inferius. Ideo mel melius est in fundo & oleum in supremo, vinum aūt in medio. Preterea forsan erit uinū aliquod ꝙ non erit nouum nisi per quattuor menses, nam infra tale tempus erit perfectū depuratum & defecatū, Et aliud uinū erit ꝙ infra annū non erit perfecte depuratum. vnde quanto uina sunt potentiora et grossiora, tanto tardius depurantur. Et quanto sunt debiliora & magis aquea citius depurantur. Constat ergo vina illa in q̄bus est plus de substantia aquea, esse debiliora: & econuerso, illa vina in quibus est minus de aquęitate & minus de fece, & plus de partibus uinosis, talia esse vina potentiora. Et prima uina cicius conuertuntur in acetū q̄ secunda. Causa autem ꝑpter quā uina aquosa debilia cicius cōuertuntur in acetū, est scdm Galien quarto simpliciū. Acetum fit quādo ptes uinose infrigidant & ptes aquee putresiunt. Et ꝑpter hoc acetū ponitur frigidum propter priuationē caliditatis uini & ponitur calidum caliditate putredinali. Et ꝑpter hoc in aceto est duplex sapor /acutus & acetosus: Nā acutus sapor est in aceto ratiōe caliditatis putredinalis. Et acetosus est in eo ratōe frigiditatis ptiū uinosarū. Et exide dubitauerūt antiq de cōplexiōe aceti. Quidam eni posuerūt acetū frigidū /et alij calidū. Vnde uidemus ꝙ acetū interdū infrigidat & interdū calefacit. Nā ratiōe caliditatis putredinalis calefacit: & ratiōe in frigidatiōis ptiū uinosarū infrigidat. Forte ergo in fieri: acetū plus calefacit q̄ infrigidat. Acetum etiā in facto esse: forsan per accidēs calefacit, sed ꝑ se infrigidat Et ad hanc intentionē dicit Galien in q̄rto simpliciū. Acetū calefacit licet nō sit calidū. Aut quia habet duas substātias. Aut quia aggregat sua frigiditate et poros claudit. Aut quia mordicat et dolorem facit & dolor attrahit materiā calidam ad locū sed acetū scdm

Acetū q̄mō fiat.

In aceto duplex sapor. De cōplexione aceti.

suā naturā et per se est frigidū valde/plus enī declinat ad frigidum
quam mel ad calidum. Mel aūt est calidū in scd'o acetū ergo erit fri
gidū in tertio. Vnde Galienus q̄rto simpliciū vult ꝙ parua quan/
titas aceti cum multa mellis cōstituit tempamentū & ex hoc cōclu/
dit ꝙ acetum est magis declinans ad frigiditatē q̄ ad caliditatē. Et
quia in uino debili partes uinose citius infrigidātur, & earum calor
citius exalat, & partes aqueę citius ebuliunt & putredinē suscipiūt.
Ideo uina debilia & aquea citius in acetū conuertuntur. Et ex hoc
sequitur ꝙ acetū ex uino debili citius deuenit ad suam perfectionē
q̄ acetū ex uino forti & potenti. Amplius sequit̄ ꝙ acetum ex uino
debili est calidius caliditate putredinali: q̄ acetū ex vino potenti, &
frigidius est frigiditate opposita caliditati naturali, & hoc est uerū
in fieri, forte enī in facto esse acetum ex uino potenti est frigidius q̄
acetū ex vino debili, nam in aceto ex uino potenti sunt plures par/
tes frigide, q̄ in aceto ex vino debili. Nam sicut in vino potēti erāt
plures partes vinose q̄ in vino debili: sic post conuersionem eius in
acetū, sunt in aceto vini potētis plures ptes frigide, & sic concludit
ꝙ acetū vini potentis in facto esse, frigidius est aceto vini debilis in
facto esse, licet in fieri per oppositum contingat.

Capitulum Tertium.

Electio vini. LAudant mei sodales & consocij vinū ex tribus, que litterali/
ter in hac dictiōe Cos continentur, scilicet ex colore/odore/&
sapore. Galienus aūt diuersificat vina ex pluribus/ex colore/odo
re/sapore/ex substantia/ętate/virtute/& tempore, quē in tercio re
giminis acutorū cōmento prio lege, cōmentū illud dimitto, & ad
Dubium 1. dubia descendo. ¶Dubitat̄ circa colorem & substantiam vini, quę
uina sunt nutribiliora/nigra an rubea. Galien. enī interdū uidetur
sentire, vt scdo afforismorū/uina nigra esse nutribiliora, & interdū
uidet̄ cōsentire ꝙ uina rubea sunt nutribiliora, scz tertio de alimē/
tis. Ad hoc respondendo dicendū quod qn̄ galien: asserit uina ni/
gra fore nutribiliora in scd'o affor: illo afforismo (Eorū quę sunt
nutribiliora) intelligit eā fore nutribiliora per accidens/quia eorū
nutrimentū tardius dissoluit̄. Sed nutrimētū uini rubei cicius resol
uitur & minus durat. Quando aūt galien: asserit uina rubea esse
nutribiliora. Intelligit ꝙ plus de eis in sanguinem conuertit̄ & mi/
nus sunt supflua. Vel potest dici ꝙ cōpat uina nigra ad uinā rubea
subtilia. Plus enī nutriūt uina nigra q̄ uina rubea subtilia, sed uina
rubea grossa plus nutriūt q̄ uina nigra grossa/sunt enī magis apta
vt in sanguinē conuertant̄. Vel potest dici ꝙ intelligebat p uina ni
gra uina rubea grossa. Rubedo siquidē in substātia grossa ē nigrū
Et p rubea ītellexit rubea subtilia, & sic uina nigra sūt nutribiliora
q̄ rubea, sed rubea grossa plus nutriūt q̄ nigra grossa, sic patet so/
Dubium 2. lutio cōtrarietatis. Preterea circa uirtutē saporē & odorē q̄rit̄ quę

uina sunt potentiora et magis odorifera? Dicendū est ꝙ quāto terra
est calidior/tanto vina sunt potentiora, & magis odorifera, & mi/
nus aquosa. Vnde vina septimi climatis, sunt aquosa & debilia, &
propinqua naturę aquę, respectu vinorum quarti & quinti clima/
tis. Et similiter vina orientalia eiusdem climatis, communiter
cęteris paribus sunt meliora q̄ occidentalia vina. Amplius ui/
na crescentia in terra alta montuosa lapidea discooperta a meridie,
& cooperta ā septentrione & occidente, sunt meliora & potentiora
& maioris nutrimēti q̄ crescentia in terra plana coopta a meridie &
oriente. preterea dico et teneo ꝙ uinee meliores ad bonū uinū ꝓcre
andū sunt ille in quibus blada minīe seminant̄. Vnde cōmuniter ter
rę bonę ad frumentū et bladū seminandum, non sunt bone ad vites
& vinū. Similiter terrę in quibus creuerūt quercus nō sunt bonę ad
vites, & orti atq; terrę in quibus sunt caules, non sunt apte ad vites
& vina, propter cōtrarias qualitates, quercus & caulis, quę sunt fri
gide sicce, & vini qd̄ est calidū humidū. Plinius libro 17. Amplius
dico ꝙ uina ex uineis & uitibus multū eleuatis a terra non sunt ita
bona sicut uina ex uitibus minus eleuatis a terra. Nam vue ex
uitibus ꝓpinquis terre, pfectius digerūtur & maturant̄. quia ī loco
ꝓpinquo terre pfectior fit radiorū solariū refractio. Verū sūt quę/
dam excellentia loca in quib9 opportet ꝙ uites sint multū eleuate
a terra, nā si essent ꝓpinque ꝓpter magnā caliditatē ꝓuenientē ex
magna & immēsa radiorū refractiōe/adurerent̄ uue. Et similiter in
terra multū pingui et humida. bonū est esse uites eleuatas. ut alimē/
tū ueniens ad racemū ex quo uinū debet generari, sit magis purū &
magis digestū. In septīo climate qa ibi uinee sūt in terra argilosa &
lapidea sicca nō pīgui et in terra satis frigida, uites sūt ꝓpinq̄ terre
In terris aūt calidiorib9 parū, & in Lombardia ubi sunt uinee ī ter/
ra pīgui & humidiori, uites magis eleuantur ā terra, & precipue qn̄
in terra uinearū bladū seminatur. Supposito etiā ꝙ in huiusmodi
terra non seminatur frumentū, dūmodo terra illa esset pīguis & hu
mida, bonū esset uites esse altiores a terra ꝓpter causam dictam.

Capitulum Quartum in Afforismis. Vini & Agreste fecis & Aceti.

HAbito respectu ad caliditatē solis derelictā in musto q̄ simi/ Afforismus
lis est scintille per quā caliditatē fit ebulitio ipsius. Mustū est primus.
calidius de caliditate accidentali & essentiali q̄ antiquum & medi
um uinū. Vnde etiā mustū ad tactū calidi9 inuenit̄ q̄ uinū antiquū
& mediocre. Habito tn̄ respectu ad ptes uinosas & aqueas, ex qui/
bus uinū cōponitur, uinū antiquū est calidius, nā in uino depurato
ptes aquose & immature. p ebulitionē sunt maturate, & ptes uinose
sunt puriores & a supfluitatibus mūde. Illa aūt caliditas solis simi/
lis scintille post ebulitionem exalat. Hanc puto esse intentionem,

Auerrois.5. colliget.& Galien:4.ſimplicium.

Aff.2. De potu permixtiuo & delatiuo.

¶ Si forſan Auicen: alicubi potũ ꝓhibeat ſimul cũ cibo. Nõ loq̄bat̃ de cibo ꝑmixtiuo, ſed de potu delatiuo. Nõ loq̄bat̃ de potu in quantitate pauca, ſed de potu mľto. Nõ loquebat̃ etiã de potu uirtutis confortatiuo, & malitie ciborũ correctiuo. Nam talis cõpetit ſimul cum cibo, Et quanto cibaria ſunt groſſiora et ſicciora: tanto plus potus permixtiuus debet eſſe maior. Potum aũt delatiuum ꝓhibuit Auicẽ. cũ cibis, & etiã p⁹ cibaria mala, & ſpecialit̃ cũ melonibus: et poſt melones et fructus. Sed quãdo cũ cibis malis et cũ conſimilibus ut melonibus & fructibus bibitur uinũ digeſtionis cõfortatiuũ & malicię correctiuũ, nec pręcipit Auicẽ. nec prohibuit uinũ, Vnde dixit ſuper batecã et pepones poteſt homo bibere ciatũ uini uel duos. De hoc lege Auicennã: Serapionẽ: et Conciliatorẽ in differentia, An ſuper fructus bibendum ſit vinum.

Aff.3. Vinũ valet cõtra oia venena.

¶ Vinum ratione ſuę proporcionalitatis cũ corpore noſtro, ualet contra omnia uenena, tam calida q̃ frigida: ſicut tiriaca, Vnde antiqui aſſimilauerunt vinum tiriacę magnę, Sed ratione ſuæ cõplexionis potentialis: ualet contra uenena frigida ſolum.

Aff.4. ¶ In cura ethice ſenectutis uinũ mediocre ꝙ eſt calidũ in ſecundo eſt cõueniens, Nõ antiquũ nec nouũ, Non amarũ /acutum /citrinũ uel rubeum, non multum aqueum, ſed ad aliqualem dulcedinẽ ad albedinem et paucam groſſitiem tendens.

Aff.5. ¶ Vinum in febribus dandum eſt in ſua hora /aquoſum /ſubſtantię ſubtilis /non ponticum /nec ſtipticum /non acutum /non dulce etc̃. Galienus t̃cio regiminis acutorũ cõmento nono et decio. Sed uinũ aqua mixtũ. Gali. octauo de ingenio. Et Auicẽ. q̃rto capľo in cura terciane. In febre aũt peſtilẽtiali da uinũ albũ cum qntuplo aque 10 Almanſoris. Et ſit uinum bene cõmixtum et hoc uia potus, Sed ꝓpter cordis confortationẽ da uinũ pauce cõmixtionis et in quãtitate pauca: et ſit uinum forte.

Aff.6. ¶ Ante digeſtionẽ materię, Vinũ plurime cõmixtionis propter ciborum cõmixtionem & corporis infrigidationẽ /humectationem / & ſitis ſedationem debet dari. Sed materia digeſta detur uinũ minoris cõmixtionis: propter materię faciliorem expulſionem.

Aff.7. ¶ Sicut propter uirtutis debilitatem & diſſolutionem cogimur dare uinũ in principio morborum ante materię digeſtionem. Nam accidentibus uirtutem proſternentibus & diſſoluentibus, illico cibus eſt dandus. Galienus.4. afforiſmorum. Sic ante materię digeſtionẽ damus aquam frigidam propter febris magnũ acumen & ſitis anguſtiam. Galiennus nono de ingenio.

Aff.8. ¶ In omni ſincopi competit uinum. In ſincopi ex humore colerico amaro competit uinum album ponticum mixtum cum aqua frigida. In ſincopi ex humorum cruditate & indigeſtione cõpetunt uina vinoſa ſubtilia & penetratiua. In ſincopi ex humorũ multitudine

competunt

competunt uina mediocria /non multum nutrientia.

¶ In doloribus capitis: in ſanis & infirmis: uina uinoſa cõſueuerũt inducere grauedinẽ & dolorem capitis. Galienus t̃cio regimis acut. Vinũ non percutit mentem niſi propter ſuã caliditatẽ & uelocitatẽ effumationis ad caput, Vinum enĩ eſt uaporoſum & ducẽs humorem ad caput. Idem eſt de reumate: in quo non eſt bibendum vinum niſi in declinatione. Aff. 9.

¶ In ſuffocatione non ualet vinũ, quia facit euaporare materias & ledit cerebrum & neruos. Matrix aũt eſt membrum neruoſum, ſed ꝓpter cõfortationẽ cordis cõpetit uia medicię in quãtitate pauca. Aff. 10.

¶ Vtimur fece vini aduſta & nõ aduſta. Fex uini aduſta calefacit & deſicat multum /& abſtergit ulcera & aufert ab eis carnẽ malam /et cum hoc eſt ſtiptica /& ſic prohibet ulceris augmentũ. Virtus autẽ eius poſt aduſtionẽ cito reſoluitur, & ideo eſt adminiſtranda nouiter aduſta, & conſeruetur in uaſe ſtricti orificij bene obturato. Fex autẽ non aduſta eſt ſtiptica: & prohibet fluxũ humorũ ad locum, & ſi fiat emplaſtrũ de fece uini cũ oleo mirtino & maſticino ſuper uentrẽ ſtringit ventrem. Et ſuper matricem ſtringit mẽſtrua. Fex etiã aduſta cum oleo aufert albaras unguium illinita. Aff. 11.

De natura Aceti.

Acetum eſt compoſitum ex contrarijs vltima cõtrarietate. Eſt em̃ calidũ caliditate putredinali /& frigidũ frigiditate oppoſita caliditati naturali uini. Vnde etiã in aceto ſunt ſapores cõtrarij acut⁹ & acetoſus. Acetũ ergo de cõplexiõe potẽtiali ẽ frigidũ et ſiccũ & de actuali et eẽntiali, ẽ frigidũ et hũidũ /cũ ſit aq̃ũ a dominio. Aff. 12.

¶ Acetum non nocet habentibus humores groſſos, quia eſt groſſorum humorum attenuatiuũ. Gali.12. de ingenio. Acetũ etiã in duro apoſtemate ſplenis & lacertorũ ſine timore concedimus. Galie. ibidem. Acetum eſt cõmune digeſtiuũ materijs calidis & frigidis. Auicẽ. t̃cio canone de cura doloris capitis. Acetũ & alia quę participant ſtipticitate aut ſunt acetoſa: ſi recipiant̃ in ſtomacho mũdo ſunt ſtiptica & ventrem ſtringunt. Sic etiã ſtiptica & pontica ſtringunt. Sed ſi ſapor acetoſus inueniat ſtomachum humoribus occupatum /laxabit uentrem humores preparando ad expulſionẽ, & ratione ſuę acuitatis materiam incidendo. Hęc eſt mens Raſis t̃cio Almanſoris, & Serapionis in aggregationibus. Aff. 13.

¶ Acetum multũ lapſum eſt a cõplexione corporis humani & corporis ſani, et cũ conſeruatio fit per ſimilia: acetum aũt non eſt ſimile imo magis medicinale /igitur non multũ cõpetit in corporibus ſanis temperatis & temperamento propinquis. Nam conſeruator ſanitatis non debet uti aliquo medicinali. Aff. 14.

¶ Acetum permixtum aquę magis infrigidat & humectat & ſitim extinguit q̃ aqua cum vino. Generaliter aũt acetũ eſt bonum cole- Aff. 15.

ricis & melancolicis, ſed nociuū eſt mulieribus/ledit enī earū matri-
ces. Acetū aūt eſt bonum ſtomacho quia prouocat appetitū.
Aff. 16. ¶ Sani homines habentes neruos debiles & iuncturas & cerebrum
debile, & oculos debiles, nō debēt uti aceto/nec rebus acetoſis. Si-
militer homines frigidi uel ex ętate uel ex cōplexione. Homīes etiā
habentes viſcera debilia apta ad fluxum propter contentiue & di-
geſtiue debilitatem, uitent acetum, quia acetū eſt pungitiuū & ledit
inteſtina & incitat expulſiuā & debilitat contentiuam.
Aff. 17. ¶ In tinnitu aurium & ſurditate fumus aceti receptus in aure p̄ mo-
dum ſuffumigij eſt ualde bonus ad curam, & precipue ſi ſit acetum
infuſiōis rute. Amplius iniectio aceti calidi in aurem/interficit ver-
mes aurium. Amplius lotio oris ex aceto tepido & mediocriter ca-
lido remouet dolorem dentium. Nam ſi doloris cauſa ſit materia
calida/tunc in ratione coplexionis valet alterando diſcraſiam. Si
aūt dolor ſit ex materia frigida groſſa & viſcoſa/tunc ualet exicā-
do materiā & ſubtiliando & incidendo & gingiuas confortando/
inſpiſſando & ſtipticando ne materiam recipiant. Et per hunc mo-
dum in omni dolore dentium acetum ualet.

De Agreſta.

Aff. 18. ACetum eſt ſubtilius & frigidius ſucco agreſte. In ſucco enim
agreſte non eſt aliquid caliditatis omnino. Sapor ergo agre-
ſte eſt acetoſus tendens ad ponticitatem uel ſtipticitatem. Nam uua
acerba primū habet ſaporem ſtipticum/deinde ponticū/& cū plus
ſubtiliatur humor: efficit̄ ſapor acetoſus, & tunc fit agreſta. Et iterū
per ulteriorem digeſtionē & calidi ſolaris decoctionē (ſi fieri pote-
rit) efficitur ſapor dulcis. Exemplū ſume in vuis & quibuſdam po-
mis. In aliquibus enī fructibus peruenitur de ſtiptico & pontico ad
dulcedinē & non ad ſaporem acetoſum/ſicut patet in meſpilis ſor-
bis et amigdalis. etc̄.
Aff. 19. ¶ Agreſta eſt conueniēs pregnantibus & confortat earū ſtomachū:
& multum reſiſtit corruptioni appetitus earum/& prohibet vomi-
tum & ſincopim & animi defectiones, quę pregnantibus euenire cō-
ſueuerunt. Amplius agreſta ualet in fluxibus uentris colericis & in
vomitu colerico & multū confert ſtomacho relaxato/& eſt conue-
niens his qui ſtercus euomunt.

Cap. Quintū de Vinis artificialibus.

VIna artificialia cōponuntur ex uino & quibuſdam radicibus
herbis uel floribus. Vnde tempore vindemiarū fit vinum ſal-
uiatū & enulatum etc̄. Herbe autē huiuſmodi uel flores uel radices
ponuntur in muſto anteq̄ buliat, & poſt ebulitionem & clarificati-
onem/huiuſmodi uinū habet mirabiles operatiōes/primas/ſc̄das
& tercias, impoſitorū in eo ante ebulitionē. Et ſi añ ebulitionē bu-
liant predicta ad ignem in parte muſti/deinde ponantur in uaſe cū
alio muſto/non erit diſſonū rationi. Hoc enim modo fit uinū ſal-
uiatū, ad cerebri & neruorum & mēbrorum neruoſorum conforta-
tionem. Vnde huiuſmodi uinum ſaluiatū ualet in paraliſi tremore
ſpaſmo epilentia & ſuffocatiōe matricis. Hoc etiā mō fit vinū enu-
latum ad pectoris mundificationē & viſus clarificationē. Amplius
vinum ſaluiatū & enulatū ualet in dolore dentium & in remolliti-
one gingiuarū. Huiuſmōi uina & ab extra & ab intra ualent in egri-
tudinibus neruorum & membrorum neruoſorū. In paraliticis ergo
vinum ſaluiatum cōpetit bibitum & epithimatum.

De vino quod cōpetit cordiacis & triſtibus.

COrdiacis & melancolicis & triſtibus colera aduſta laboranti-
bus: quartanarijs et ſpleneticis fit uinū artificiale: et facit bonū
ſanguinē poſſidere, & facit hominem cōpotem ſuę rationis, & om-
nes humores incineratos rectificat. Fit aūt huiuſmodi vinum cum
bugloſſa cū radice et folijs ſenes & roſis et floribus utriuſq; bugloſ-
ſe. Et accipiat̄ de bugloſſa pluſq̄ de ſene & roſis et floribus. Et aliq
ſunt qui de omibus ſumūt ęquas portiōes: & p̄ una ℔ vini albi ac-
cipiūt ℥ I. prędictarum ſpecierū, Et homo utatur eo poſt ebulitionē
& clarificationē. Si aūt hoc uinū ſit pro ſanis nō apponat̄ ſene.

De Vino Boraginis & Bugloſſe.

DE Boragine & Bugloſſa fit vinū cordiale ſecundū eundē mo-
dū, & ualet in tremore cordis melācolia, & lepra et ſcabie &
ſimilibus paſſiōibus, Et huiuſmōi vinū cōfortat virtutē corpis re-
gitiuā, et ſanguinē clarificat & gaudiū cauſat. Vinū bugloſſe adu-
ſtos humores educit per vrinā, et cerebrum infectum humore melā-
colico rectificat, dementes & fatuos ſanat, & ad experientiā homi-
nes ex parua cauſa infatuati ſanantur.

De Vino laxatiuo.

VInum poteſt fieri laxatiuū in hunc modum, Vitis ſcindatur
per longum & medulla extrahatur, & intus ponatur collo-
quintida uel ſcamonea; aut aliud laxatiuū, et optime ligetur: et ſic
vua efficitur laxatiua. Cuius cauſa eſt, quia nutrimentū ueniens ad
vuam per uirtutem illam habebit laxatiuam poteſtatē, Et per hūc
modū in ceraſis/prunis/perſicis/et pomis/depoſita medulla et p̄-
tibus arbuſti bene ligatis, creſcunt vuę/ceraſa/pruna/perſica et po-
ma ſine nucleis. Si autē addideris farmacū: aut aliquod laxatiuum
etiā laxabit. Et per hunc modū poſſunt fieri roſę: gariofili etc̄ diuer-
ſorū colorum, ponendo in ſtipitibus roſarum uel aliarū frondium
diuerſos colores/rubeos/albos/citrinos/uel qui placuerint. Am-
plius per hunc modum fiunt olera/melones/et cętera terrę naſcen-
tia/ſuauia/alba/ampla/& lata, irrorando ad radicem ſerum/lac/
medonem/zuccarū: uel aquam ſimplicē uel cōmixtam aliquorum

terrę nascentium ad radicem eorū. Verum de tercio in tercium annum/uel ad magis in quartum annū oportet renouare infusionem. Reliqua plurima vide in libris uegetabilium et plantarum, Albertum Magnum de plantatione arborum.

De Vino Citoniorum.

EX Citonijs maturatis fit vinum per extractionem succi per se/uel cum additione aquę, uel appositione vini. Hoc enim uinū post ebulitionē et clarificationem in multis casibus est ualde utile. Est enī stipticum et dissolutionis mēbrorum et sudoris diaforetici prohibitiuū. Omnia mēbra principalia confortat/fastidium remouet et abhominationem, & omnē fluxum uentris amputat, valetq̧ epati supercalefacto, sitim sedat et bonum facit colorem, & multū ualet in debilitate renū, Valet etiā in epidimia, sed eius usus superfluus stipticitatem et constrictionem ventris inducit.

De Vino Rorismarini.

POtest etiam fieri vinum modo supradicto de Roremarino, cuius virtutes et operationes in multis casibus sunt notabiles, & specialiter in egritudinibus cerebri et neruorū frigidis: sua ergo aromaticitate uirtutem animalē confortat et fortificat: & sua caliditate et siccitate discrasiā frigidā et humidā remouet. Et sua subtilitate in substātia et actione humores grossos subtiliat. Sic ergo ab intus et ab extra cerebrum et neruos confortat et fortificat. Et si ex eo lauet̄ facies/ipsam clarificat. Et si ex eo lauetur caput, capillos retinet et multiplicat. Et vniuersaliter eius vsus a putredine corpus p̄seruat, & non solum ante mortem, sed etiā post mortem. Eius vsus cōfortat cor et iuuentutem prolongat et senectutem retardat. Et si ex eo lauetur os/cōseruat dentes et gingiuas. Et si ex huiusmodi uino lauētur fistule et cancer: et uniuersaliter ulcera/multū valet. Amplius tale vinum valet in quartana et quottidiana et passione cordiaca, Et rectificat matrices mulierū humidas et frigidas, et prodest ad cōceptum, et ualet in paralisi et tremore et similibus passionibus. Balneū autem ex aqua roris marini est senibus cōuenientissimū, et facit hominē renouari ut aquilam. Amplius si ex vino remolitionis uel infusionis roris marini fiat aqua vitę: ex illa aqua curabitur flegma salsum: et fistula scabies et cancer: quę aliter curari nō possunt. Huiusmodi aūt aqua ualet multū in paralisi, si ex ea mēbrum lauetur et epithimetur. Et ualet etiā in maculis et telis et lachrymis oculorū Nota q̧ ex floribus roris marini potest fieri ros quasi similis balsamo. Impleatur ergo vas aliquod stricti orificij ex floribus roris marini et ponatur in arena ad solem et sepeliatur vsq̧ ad mediū: et infra dies 40 flores conuertentur in aquam: et illa aqua recipiat̄ et ponatur in ampulla vitrea bene obturata per dies 40. et inspissabit̄ et digeret̄ ad modū balsami, et multū valet ad supradicta: et specialiter ad maculas oculorum et paralisim. In regionibus autē frigidis potius artifex et alchimista operaretur sublimationē ad ignem quā sepeliret in terra. Frigida enī regio retardat sublimatiōes et distillationes aquę: si non ad ignem sublimabunt̄.

De Vino deopilationis splenis z epatis.

FIt etiā vinum contra ictericiam ex scolopendria/endiuia/cicorea et absinthio, remolliantur ergo & infundantur in albo uino/et deinde clarificetur cum zuccaro, & coletur sicut colat̄ claretum, & si reseruetur in uase tamarisci uel fraxini, erit melius & ad deopilandum aptius.

De Vino curante plagas.

AD curandum plagas penetrantes solo potu. Fit uinum ex radicibus rubeę maioris: caulibus rubeis & vrticis. Hec ergo omnia conquassata in sacculo posita buliant in uino, & illud uinū detur potui in die bis: & super vulnus folium caulis ponatur: & curabitur si deus voluerit. Aliqui aūt in hunc potū ponunt gariofilatū pipinellam/lanceolā/uerbenam/plantaginē/zanket: & alia consolidatiua, uel consolidā maiorē & minorē & cōsequit̄ ꝓpositū.

De Vino Alkekengi.

FIt uinum mirabile ex granis rubeis solatri montani modo supradicto, & vocatur uinum Alkekengi, & hoc uinum est mirabile in retentione vrinę. Nam prouocat vrinam retentā per quatuor dies: & est res experta. Hoc etiā uinum mundificat renes & uesicam a materia arenosa

De Vino Eufragie.

PRo clarificatione uisus fit uinum de Eufragia, q̧ bibendo interius & exterius colirisando & lauando, & ad opilationes renum & eos mūdificandū ab arenosa materia, & ad dolores iuncturarū mitigandū/diuertendo materiam ad uias urinę: bene prodest. Per eandem aūt uiam fit uinum de gramine: & est uinum graminatum. Item fit uinum de Isopo, qđ ualet senibus flegma mundificando a partibus spiritualibus, & valet in tussi & asmate & hidropisi & epilentia. ¶ Pręterea fit vinum extinctionis auri, ita q̧ vinum in quo extinguitur aurum ignitum multū confert, & si repetatur eius extinctio magis/fortificabit̄. Multū enī confortat cor & stomachū & oīa viscera/plusq̄ aqua in qua extinguit̄ ferrum ignitū. Et sic huiusmodi uinū ualet ī cordiaca et ī fluxu uētris et lepra et melācolia.

De Vino extinctōis auri

De Vino Absynthij.

VInum artificiale de Absinthio etiā paratur, & huiusmodi vinum est ualde vtile ad multa. Primo enī ualet contra lumbricos. Valet etiā in opilationibus laterū & in ictericia. Et ualet in defectione et destructione appetitus. Valet in epilentia. In amissione lo-

que le: & in tumore vuule & lingue. Amplius ualet pruritui ex fle-
gmate salso, Et si ex eo lauabitur vulnus: nō fistulabiť: nec excrescet
mala caro. Amplius huiusmodi vinum prouocat menstrua. Am-
plius ualet contra venena fungorū /iusquiami: cicute/et opij. Et hu
iusmodi vinum clarificat visum, & valet tēpore epidimie & in ae-
ris corruptione & infirmorū visitatione, Valet in podagra et ad in-
tra & ad extra.

De Vino cō tra tussim.

Item fit vinum contra tussim & asma, ex liquiricia & aniso & feni-
culo, ex scabiosa isopo etc̄ & liquoricie sit duplum aliorum.

De vino strī gente uentrē

Item fit vinum quod stringit ventrē ex vino citoniorū depurato cū
vino rubeo stiptico & aqua rose vel plantaginis.

De vino pre gnantium.

Item fit vinum mulieribus pregnantibus quod consumit ventosita
tem. Prohibetq; aborsum: & cōseruat fetū in matrice vsq; ad tēpus
part⁹. Re: se. apij /mente sicce /ameos ani. an̄. ʒ ij. masticis /gariofilo
rū /macis cardamomi /ros ru. an̄. ʒ I. cinamomi aurū. I. zedoarie/
ireos ciperi an̄ ʒ ij zuccari q̄tū sufficit /fiat claretū ex predictis: Vel
fiat electuariū, Vtatur eo mulier pregnans, & fetus cōseruabitur in
matrice & non abhorciet.

De vino ani sorum.

Preterea fit vinum anisi, & hoc uinū ventositatem consumit & opi
lationes aperit /& digestionem confortat /& acetosam eructationē
tollit, Et est multū conueniens mulieribus lactantibus. Nam aperi-
endo /subtiliando /sanguinem generādo /& digestionē procurando
& ventositatem consumendo, lac multiplicat & rectificat, & est fe-
stinū remedium in dolore ventoso et arenoso, & in dolore colice, Et
ad idem ualet anisum conditum.

De Nectare senum.

Amplius fit nectar pro senibus flegmaticis & melancolicis qd' re-
nes & totū corpus calefacit, & emorroidarū humorem tollit: cibū
digerit, & bonū colorem facit, canos retardat: uisum acuit: mentem
confortat /opilatiōes aperit. ℞. cinamomi auř I. spice xilobalsami
carpobalsami /masticis /macis /an̄ ʒ I. ligricie passularū an̄ ʒ ij. zuc-
cari & mellis an̄. q̄tū sufficit /fiat nectar. Posset etiā fieri hoc vinum
tempore vindemiarū cum musto bono.

De modo diluendi z limphandi vinū.

IN regionibus calidioribus admiscet̄ aqua uino in bibendo. Cō
ueniens aūt modus miscendi uinū cum aqua secundū medicos
est talis, q aqua sumatur feruens & buliens: & q huiusmodi aqua
ponatur ad uinū bibendum & q dimittatur infrigidari. Nam per
hūc modū fit perfectior commixtio uini cū aqua, Vnde satis est in
artificiale bibere uinum mixtione facta, Nam mixtio non est per-
fecta nisi post tēpus longū, Vnde bonū esset q huiusmōi pmixtio
fieret p modū predictū per unā horam ante cōmestionem & bibiti-
onem. Nam natura tūc minus laborabit in digerendo illud uinū: et
malicia aque perfectius remittetur per uinum /& econtra, hoc ergo

ualde ratonabile in sanis & egris.

Capitulum Sextum de Ceruisia.

DIxit Galienus libro sexto de simplicibus. Cereuisia est potus
quem facimus sicut facimus foca, & generat malos humores
& dolorem capitis & nocet neruis. Idem Galienus dixit in afforis.
cōmento 20. pticule scde, q foca est potus egyptiorū ex ordeo fa
ctus. Dixerūt alij q ceruisia ex ordeo & frumento facta est insua-
uis & indigestibilis, malos fumos et malos humores generans, cō-
stipat & opilat epar & splenē, & in renibus lapidem generat. Itē di-
xerūt, ceruisia si est ex ordeo auena uel riso: minus opilat /minus nu
trit & minus generat ventositates. Que aūt est ex frumento /magis
nutrit & magis opilat. Et quanto cereuisia est grossior aut turbulen
tior aut noua /tanto deterior est. Et quanto subtilior & clarior, tāto
melior. Item dixerunt q ceruisia assumēs /mentam /apium /fenicu-
lum: uel alia aromata: aut diuretica, omnibus alijs melior iuducat̄,
sed talis diebus calidis non competit. Dixerunt etiā q omnis cer-
uisia de quocunq; grano facta sit, grossior est q̄ vinum & difficilis
multum ad digerendū /& opilationes in visceribus facit, ventosita
tes generat, dolorem capitis inducit & appetitū cibi dejcit. Item di
xerūt q ceruisia mala est in se, quia viscosa & ex granis in aqua hu
mefactis & viscosis facta. Et iterū malo artificio fit, quia per motū
agitationē & putrefactionem, que omnia indisponūt eā. Et ad huc
quia ut sepe res malas in sui cōpositione & confectione assumit, vt
herbas malas /succos malos /& vermes etc̄. ergo in se mala est. Hec
illi dixerunt. Nos aūt dicimus, q ceruisia de frumento seu tritico — Nota bene.
regularitet & magistraliter facta est bonus potus, ut que est de bra-
sco, secundū, exigentiā additōis aque bone, & scdm exigentiā ignis
& coctionis sufficientis, cum instrumentis et vasis requisitis cocta,
in substantia mediocris uel tenuis cum additione lupuli bullita: de
purata clarificata, et in etate ac tempore competenti oblata atq; po
tata, censetur bonus potus omni tempore, magis aūt in estate. In fe
bribus, in frenesi, et egritudinibius calidis. Primū itaq; dicimus cer
uisiam esse bonam de tritico, quia inter omnia grana: granum tri-
tici melius est hominibus nutribilius et temperatius, ut supra de pa
ne dictū est. Et debet esse preparatū granum frumenti. Puta prius in
braseum redactū. Per humectationem et exicationem cōpetentem,
sine putrefactione factum. Hec aūt preparatio est magistralis et ne-
cessaria, quoniā nisi coriandrū aut feniculus aut zinziber / uel alid'
aroma prepararet: non bene conficeretur. Infusum aūt et remollitū
acquirit nouā formam et saporem: bonitatēq; delectabiliorē et con
fectionē magistralem. Sicut et in metallis, que nisi remollirentur et
adurerentur /unū ab alio non seperaretur, scilicet argentū et aurum
a cupro /neq; in se cōpleretur. Non enī frumentum humefactum &

postea exicatum recipit corruptionē aut putrefactionem, qđ aduer
sarij opponunt, quinimo acquirit nouā formam ex tali pręparati/
one. Per quā perficit et melius redditur, quod experimēto cōpro/
batur, quia sic confectū est/delectabilius ī sapore odore similagine
et farina, et quod frumentū in se non habuit: ex artificio et prepara/
tione acquisiuit, Veluti coriandrū ex īfusione in aceto acquirit me/
liorem saporē et odorem, ut tandem confectionē delectabiliorem
susciperet. Non ergo putrefit, sed dispositionē et formā ex artificio
acquirit perfectiorem abiliorem et delectabiliorem. Debent etiam
Braseatores et coquentes assumi periti, qui noscūt quātitatē aquę/
tollerantiam ignis, appositionē lupuli in coquendo tēporibus suis
addere, sufficient coq̄re/ebulire/desecare, et in vasa mūda transua/
sare, aliter non acq̄reret perfectionē ceruisię. Et propter impfectio/
nē generaret dolorem capitis et torsionē ventris. Laudamus insup
ceruisiam mediocris substātię aut ad tenuitatem declinantē. Nam
ceruisię spisse et ordeaceę turbide et nouę male sunt, caput pertur/
bantes et uentrē, et generantes calculum, quales sunt ceruisię in ale
mania bassa et circa mare germanicū ex ordeo facte, et cū butyro
et piscibus bibbite: malos corruptibiles humores et calculū gene/
rantes. Ceruisię etiā septentrionaliū Lithuanorū Liuoniensiū Prute
norū Rutenorum et Tartarorum, accipientes in sui cōpositione mi
lium siliginē auenam, acetū et succos acetosos herbarum, non sunt
laudabiles, quia carent magisterio coctōis depurationis: et intrant
in eas mala cōponentia. Acetositas siquidē et succi fructuū et her/
barum et si exopilant, malū tamen humorē et putrescentiā gene/
rant. Similiter quędā ceruisię germanorū per lapides calefactos co/
cte, et aliorum hominū per additionē absinthij conditę: insuaues et
illaudabiles sunt, impurationē uentris et colerā prassinam et erugi/
nosam generantes: aduomitūq; prouocantes. Appositionē aūt lu/
puli et eius cōpetentē coctionē atq; infusionem, non solum lauda/
mus, sed omnino necessariā declaramus: sic enī additus lupulus o/
pilatiōes prohibet, sanguinē et coleram depurat, vias vrinę et ege
stionis aperit. Quēadmodū dixit Mesue, q lupulus est laudabilis,
sanguinē mundificans et colerā: et sedat inflāmationē: et aperit opi
lationes: et ictericiam remouet. Et o q̄ parum vtuntur eo medici
nostri tēporis et spernūt administrationē ei9/cū sit medicina bona.
Et qui bibendo vinū constipantur, bibitione ceruisię regulariter et
artificiose facte/beneficiū ventris et assellatiōis consequunt, et eq/
dem suauiter et sine aliquo nocumento. Similiter calculosi ex ma/
lo potu et ex uino Renensi uel ei simili, cereuisiā bibentes de frumē/
to tenuem et diureticā liberantur, prout in experimento clarissime
cōprobatur. Ad instantias ergo et primo Galieno et antiquis me/
dicis respondemus, q locuti sunt de foca et cereuisia sui temporis,
quę fiebat ex ordeo sine pręparatiōe et magisterio coctiōis: quales

& nunc

et nūc reperiunt in Corithania circa Villacū, & in Morauia, et co
quit in ollis cū ignitis lapidibus/qđ nihil valet. In Russia autē et
Lithuania et Tartaria fit braha ex quibuscūq; granis et succis & a/
cetositatibus identidē male coctis/et idcirco inualidis & malos hu
mores generantib9. Alijs instantijs simılit respondeat ex predictis.
veras admittendo et falsas confutando. Ad illud q ceruisia de q̄/
cumq; grano sit, grossior est et difficilioris digestionis q̄ vinum.
Dicimus q aliqua uina peiora reperiūtur q̄ ceruisia lupullata/cla
ra/magistraliter cocta atq; conseruata. Veluti vina grossa/fetida/
nigra/turbida/displicibilia in sapore/et in colore palmea: et uina
recocta. Sic & uina in locis calcinosis & petrosis crescentia. Vina
multū fortia et uina Renensia, quę stomachum ledunt, caput pertur
bant, mētem tollunt & infatuant: ad pessimasq; egritudines perdu
cūt: & calculum generant, talia uina non sunt meliora ceruisia ma/
gistrali, ergo etc̄. Ad experimentū aūt tales egrotantes de predictis
uinis malis, venientes ad ceruisias lupulatas et tenues/liberantur &
sanantur: sola bibitione frumentaceę ceruisię regulariter coctę. Pro/
pter quod noster magister Franciscus grec9 medicus & chirurgicus
peritus, cum sit Italię natus & in Constantinopoli enutritus et vxo
ratus, asserit se non posse in Italia & grecia permanere, quia illic
ceruisia artificiose facta non inuenitur. Valde enī vtile est in ęstate &
febribus arsiuis: obmisso uino bibere ceruisiā tenuē regularit factā,
& ī hyeme et egritudinib9 de causa frigida: extēdere manū ad uinū.
In sexto aūt climate homīes docti & medici periti, dicūt mun9 dei
& abundantiā, habere in prompto binos potus uel plures, & non
solum uinum, & ad delectabiliorem eorū secundū exigentiam &
presignationē medicorū aut uirorum peritorum declinare.

Capitulum Septimum.

Quid prius bibendum.

QVeritur vbi ponitur in eadem mensa, ceruisia et vinum, qđ
prius bibendū est: ceruisia an uinum. Respondet Arnoldus de
Noua villa super regimen Salernitanū, q prius bibenda
est ceruisia. Ratio, quia ceruisia mollificat/lubricat/& egestionem
expellit. Vinū aūt perfectum & clarum desiccat & nō subducit uen
trem, Prius itaq; ceruisia sumatur, postea vinū. Altera ratio, quia
natura ualde delectatur & concupiscit vinum: ipsumq; trahit et per
se & cum cibis sumptis ante digestionē. Ne ergo indigesta trahātur
ad epar, prius ceruisia bibenda est, quā natura non tantū appetit,
sed demittit, Postea aūt vinū bibendū, tunc enī mora eius retarda/
bitur ne ad epar subito rapiatur. Et bonū esset vt in fine mense simi
liter biberetur haustus ceruisię uel aquę, sicut faciunt uiri magni in/
genij & principes prudētes, ut ex potu, repercuciente; fumi & uapo/
res non petant nec ledant caput, pręsertim in hominibus habenti/
bus oculos debiles, et caput & dentes dolentes..

Queritur ubi offertur vinum /ceruiſia /& medo, quod eorum prius bibendum ſit. Ad hoc dicendum ꝙ in principio bibaƭ ceruiſia aut medo. Ideo quia vterq; potus predictus, ſecedit & cito defluit, ventrem purgando, & ſquibala deijciendo. Ceruiſia per mollificationem ſeu ablutiōem, & medo per linitionē, Lubricat enim & lenit & abſtergit medo inteſtina. Poſtea vinum ſumatur, & p ſe & cum medone, quia vinũ & medo ꝓpinq̄ ſunt in calefactiōe & delectatiōe.

⁋ Queritur tertio de ſuccis fructuum, ſcz /ceraſorũ /prunorũ /pomorum. Dicimus ꝙ ſucci fructuũ etiam depurati & maturati: puta in ętate eorũ perfecta /non in toto laudantur, minus enĩ competũt q̄ alij pot⁹: niſi ĩ diebus calidis et ęſtate feruida. Sic et in febrib⁹ et egritudinibus de cauſa calida /tũc laudanƭ et medicinaliƭ ꝓpinanƭ.

Capitulum Octauum.

de aqua mellis.

AQua mellis quę hidromel dicitur, et eſt medo aquoſe et tenuiter coctus, valet ad egritudines frigidas, & proprie quę ſunt in cerebro & in neruis et iniũcturis, in hominibus ſenibus et flegmaticis. De qua Ioan. Meſue in ſuo grabadin ſic dixit, ꝙ cōfert ad tuſſim humidam, & mundificat pectus a ſanie & humore groſſo: et cōfert vijs vrinę: et non permittit in eis lapidem generari: & mundificat per vrinam, confert colice & lauat & abſtergit viſcera: & ſoluit & mundificat uentrem a fecibus, bibitur loco vini in egritudinibus neruorũ et doloribus iuncturarum. (Et ego in morbo gallico ad ſedandũ dolorem iuncturarũ ex humore groſſo flegmatico & melãcolico aduſto prouenientē, adminiſtrabam aquã mellis: et facile queſcebat et ceſſabat dolor iuncturarũ, et abſq; dolore dormiebãt: ſeruato regimine bone in alijs rebus non naturalibus. Verũ adoleſcentibus colericis de feruido humore laborantibus, ſtrictas venas habentibus, addit dolorem et ſitim, Ideo illis non exhibeatur) Inquit Meſue. Scito ꝙ ars coctura acquirit ei proprietates aliquas, et illud eſt quia parũ cocta facit inflationē et minus nutrit & magis laxat. Multa aũt coctio inflationē reſoluit et digerit, & magis facit eã nutribilem: et laxare minus. Hęc Meſue.

de ſuccis fructuum.

⁋ Succi de fructibus prunorũ /ceraſorũ /perſicorum & pomorum depurati et clarificati: extinguũt ſitim in ęſtate bibiti calida. Verum vbi inuenitur copia vini, aut bona ceruiſia: melius eſt obmittere ſuccos fructuum, et bibere vinum aut ceruiſiã. Succus tamē de pomis dulcibus et acetoſis añ. et equaliter ſumptis: ad conſumptionē medietatis coctus /clarificatus /et zuccaro dulcoratus, confortat cor debile, et ſanat ſincopim: et tremorem cordis. Sed ſucci de piris /de citonijs et maliſgranatis muſis et acetoſis: confortant ſtomachũ & ſtringunt naturam eius et quo ad uomitum: et quo ad fluxũ uentris. Pręcipue in fluxu proueniente poſt crapulam et repletionem.

De Iulep.

⁋ Iulep violatum et iulep roſatũ eodem mō operanƭ et conficiunƭ. Recipi aquę roſaꝝ aut uiolaꝝ libras 5. et zuccari libras 4. et coquẽdo cum facilitate /adminiſtrẽtur cum aqua frigida. Prodeſt iulep violatum ad febres et inflãmationes et aſperitatē pectoris, ad ſitim et tuſſim ſiccam et pleureſim. Iulep aũt roſatum valet ad hęc eadem, dit aliquam ſtipticitatem

de vino Hippocratico.

⁋ Vinum Hippocratis quod pręparatur ex muſcatella vel alio vino bono et dulci: ex zuccaro cinamomo et ſpeciebus delectabilib⁹ et ſaporoſis. Per coctionem clarificationē et infrigidationem. Valet hominibus delicatis: ꝓprie mulieribus: alti ſtatus: delicatis, Et gallici libenter utuntur eo. Nos aũt facimus ſalſamentũ ſuaue ex eiſdē ſcz ex vino delectabili et ex tragea minuta bene confecta cũ dulci cinamomo et zuccaro. Aut ſi talis tragea defuerit: reciperet zuccarũ et cinamomũ pulueriſatũ: uel alie ſpecies delectabiles: et commiſcendo cũ vino delectabili, utimur cum roſtitis et aſſatis pro ſalſamento delectabili.

Tractatus de Aqua. Ca. Primum.

AQua eſt corpus omogeneum: ex materia et forma compoſitum, elementũ noſtrorum corporũ et aliorum mixtorũ, qd in partes diuerſarũ rationũ minime diuidi poteſt, ex qua ſi proprie naturę derelinquatur, apparent frigiditas & humiditas ſenſu percepte, cuius naturalis locus eſt inter ſuperficiem concauã aeris & ſuperficiē conuexam terrę. Imaginandũ eſt ergo ꝙ ſicut terra & aqua ſecundũ rationem in mixtis perfectius dominanƭ quantũ ad grauitatem reſpectu ignis & aeris, ſic etiã dominanƭ quo ad frigiditatem Et ſic omne mixtum ex elementis perfectũ: erit terreum uel aqueum a dominio, & per conſequens frigidũ frigiditate elementari. Si aũt aliqua mixta dicanƭ calida, et ad tactum calida ſentiantur: proprię naturę derelicta, hoc non eſt caliditate elementari, ſed caliditate cœleſti & data ab agente: & quo ad complexionem formalem, ſed de complexione formali data ab elementis: omnia elemētatã ſunt frigida a dominio. Frigida quidē & ſicca ſi ſint terrea a dominio. Etiã ſi aliqua mixta puta uiuentia ſanguinea ad tactum inueniantur calida, ſicut cor /epar /ſanguis /& colera, quę ad tactũ calida inueniuntur. Dico ꝙ huiuſmodi caliditas non eſt elementaris, nec conſequēs cōplexionem materialē, ſed erit cæleſtis ab agente & ſecundum cōplexionē formalem. Cor ergo de cōplexione materiali data ab elementis eſt frigidũ & ſiccum a dominio. Licet de cōplexiōe formali data ab agente & cœlo ſit calidũ a dominio. Sanguis aũt de complexione materiali eſt frigidus & humidus a dominio, ſed de cōplexione formali & cœleſti data ab agente eſt calidus & humidus. In mixtis aũt aĩatis ſanguineis cōplexio formalis data ab agēte vincit materialē: & ſic totalis cōplexio eoꝝ declinat ad calidũ: & hoc in mixtis animatis, In mixtis aũt ĩaĩatis carētibus vita, cōplexio

data ab agente vincit a cõplexiõe materiali, & ſic corũ totalis cõ/
plexio declinat ad frigidum. Totus ergo homo de cõplexione ma/
teriali eſt frigide cõplexionis, & de cõplexione formali eſt calide cõ
plexionis, & de totali cõplexione aggregata declinat ad calidum.
Similiter intelligit de corde et epate. Lapis aũt & mineralia de ma/
teriali cõplexione ſunt frigida, ſed de caliditate cœleſti ſunt calida,
& de complexiõe totali ſunt frigida, In eis eni materialis cõplexio
vincit formalem, & ſic ſecundũ totalem complexionẽ ſunt frigida
a dominio. Secundũ quã aũt proportionẽ in mixtis elementa ſe ex
cedunt, ſoli deo & naturę eſt manifeſtũ; nobis aũt ignotum. Et nota
ꝙ quãuis dicatur in medicina de multis inanimatis ꝙ ſunt calida,
ſicut piper/euforbium: ſunt calida de ſua cõplexione, hoc tamẽ nõ
eſt de cõplexione actuali, ſed de cõplexione potentiali. Sicut ligna
ſicca licet ſint frigida eſſentialiter & ſecundũ actum: cũ tamen pati/
untur ab igne efficiuntur calida & calefaciunt. Sic etiã piper, licet eſ
ſentialiter & in actu ſit frigidum a dominio, tamen cũ patitur a ca/
lore naturali: multum calefit & calefacit corpus noſtrum. Omnia
ergo mixta proprie naturę derelicta de actuali eſſentiali & totali
complexione frigida ſunt. Ad quorum intelligentiam maiorem
ponuntur iſte concluſiones.

Conclu/ſio.

Prima Omnia mixta ſunt frigida a dominio frigiditate elementari et de materiali complexione.

Secunda. Omnia mixta ſunt calida, caliditate cœleſti et data ab agente et de complexione formali.

Tercia Quedam mixta de cõplexione totali aggregata et materiali data ab elementis, et formali celeſti data ab agente/ſunt calida et quędam frigida a dominio.

Quarta, De potentiali complexione aliqua ſunt mixta calida et aliqua frigida.

Quinta, Stat ꝙ aliquod mixtũ ſit frigidum a dominio de complexione totali actuali, eſt tamen calidum de cõ/plexione potentiali a dominio.

Pro prima concluſiõe ſcias ꝙ frigiditas eſt qualitas formalior mul
to et perfectior in terra et aqua: ꝗ grauitas, et ꝑfectius operat ad
eſſe mixti: ut habet uideri q̃rto metheororum. Si ergo terreũ a domi
nio uel aqueũ eſt graue a dominio: multo magis erit frigidũ a do/
minio. Pro eadẽ prima cõcluſione uidetur eſſe intẽtio Auerrois 5.
colliget, vbi dicit. In nullis compoſitis ex quattuor elementis eſt ca
lor eſſentialis, et loquit de cibis et medicinis quę adminiſtrant cor/
pori nr̃o. In elemẽtis aũt eſt calor in actu et frigiditas in actu. etc̃.
Pro Scd̃a cõcluſione eſt Auer. 2. cœli. cõmen. 42. Cœlum nõ infri/
gidat ſed generat caliditatẽ ꝓporcionatam cuilibet elemẽto.
Pro alijs concluſionibus, ſcito ꝙ medicinę quę ſunt inſtrumenta na
turę ſiue calide ſiue frigide, non agunt ad determinatũ gradum ra/

tione inſtrumenti, niſi prius alterentur a calore noſtri corporis. Et
licet medicina frigida primo occurſu ĩfrigidet corpus noſtrũ, abſqꝫ
hoc ꝙ alteretur a corporis noſtri calore, ſed non ad gradũ effectus
determinati intenti a natura, niſi prius reducatur de potentia ad a/
ctum, et niſi prius informaret a calore innato. Cum ergo dicit Ga/
lienus de medicina frigida ꝙ non patitur neqꝫ parum, et ꝙ ad hoc
ꝙ infrigidet nõ indiget niſi diuiſione ad minima. Loquebat de in/
frigidatione ipſius primo occurſu, qui non eſt ad determinatũ effe/
ctum ab anima intentum. Ad hoc eni ꝙ agat ad determinatum et
effectum intentum, oportet ꝙ reducatur de potẽtia ad actum a ca/
lore noſtri corporis, Sed medicinę calide prĩo occurſu non poſſunt
calefacere corpus noſtrũ, ſed oportet ꝙ reducant de potentia ad a/
ctum per quã reductionẽ calefaciunt ad determinatũ gradum, Vn/
de ſi piper pulueriſet ſuper manum nõ calefaciet, niſi prius calefiat
a calore innato. Huiuſmodi aũt diuiſio ad minima: non ſufficit ad
hoc ꝙ medicina calefaciat. Sed ſi ſemen iuſquiami pulueriſet ſuper
manum, primo occurſu infrigidat ante reductionẽ ad actũ, ſed hu/
iuſmodi reductio non erit regulata a natura: niſi prius actuetur. Et
hęc fuit intentio Galieni, quoniã medicina frigida non indiget: niſi
diuiſione ad minima ad hoc ut poſt infrigidet primo occurſu. Hoc
tamen ſufficit Galieno ad habendã differentiam inter actionẽ medi
cinę calide & frigide. Per dictum aũt Auer. non apparet aliq̃ diffe/
rentia inter modũ actionis calide et frigide medicinę: ſed per dictũ
Galieni huiuſmodi differentia eſt manifeſta. Circa hoc dubitat. Si
medicina calida reducatur a corpore noſtro, quomõ ergo poterit
eſſe calidior eo, cũ effectus non poſſit eſſe perfectior ſua cauſa. Ad
hoc poteſt dici ꝙ hoc prouenit ex parte paſſi. Vnde videmus ꝙ la
pis calefactus eſt calidior flamma ipſum calefaciente, ſic etiã poſſi/
bile eſt per reductionẽ, medicinam eſſe calidiorem. Aliomõ poteſt
dici ꝙ licet piper ſit calidius membro. Nõ tamẽ eſt calidius calore
innato, & calore cœleſti, qui concurrũt ad reductionem piperis de
potentia ad actũ. Et quia diuerſe medicinę, diuerſam habent ꝓpor
tionem ad corpus noſtrũ. Diuerſimode reducũtur ad actũ: ut in pri
mo gradu: in ſcd̃o gradu: & in t̃cio gradu etc̃. Dubitat de medicina
frigida, ſi reducit ad actũ a corpore noſtro, quomõ ergo poterit eẽ
frigida, ſiquidẽ corpus noſtrũ calidum eſt & agit ꝑ calorem innatũ:
calidum aũt innatum non poteſt facere de potentia frigida actu fri/
gidũ. Ad hoc dicendũ ꝙ dubitatio procedit ex falſo fundamento.
Nam calor innatus non reducit medicinã frigidam de potentia ad
actũ frigiditatis, quia non eſt in potentia ad frigiditatẽ, ſed reducit
ipſam ad determinatũ modũ infrigidatiõis. Nam medicina frigida
a calore innato acquirit quandã proportionẽ nouam ſine qua non
poteſt agere ad determinatũ gradũ & ad effectũ determinatum &
principaliter intentũ a natura, Ex hoc patet quia calidũ aliter dicit

de medicina calida, aliter frigidū de medicina frigida. Non obstan
te ꝙ utreqꝫ dicanẽ calide secundū potentiam, conueniūt aūt in hoc
ꝙ ambe accipiunt principiū ꝑmutatiōis a corpore nostro ad deter
minatū gradum et effectum determinatū: principaliter intentū a na
tura, Sed differunt in modo accipiendi. Nam medicina calida inte
rius recepta: primo diuidiẽ in partes paruas, nam diuisio ad parua
prebet calide facilem actionẽ, deinde calor innatus eidem obuiãdo
accurrit & cū ea permisceẽ inflãmando. Medicina aūt frigida per ca
lorẽ nostri corporis, non fit actu frigida, imo ex se est actu frigida,
sed ꝙ infrigidat ad determinatū gradū & opereẽ determinatū effe
ctū intentū prīcipaliẽ a natura, hoc utiqꝫ habet a calore nr̄i corpis.

Capitulum Secundum.

AQua non infrigidat nec humectat mēbra corporis nostri sub
stantialiẽ, sed solū humectat irrorando. Ad hanc intentionẽ
dicit Galienus 4. affo. Aqua frigida si quis in ea balneeẽ: uel eam bi
bat, nō humectat substantialia mēbra. Et hoc pro tāto, quia in sub
stantiam membrorū non conuertiẽ, non enī nutrit. Illa enī quę nu
triūt, humectare possunt mēbra corpis substātialiter. Aqua aūt nō
nutrit igiẽ etc̄. sed humectat irrorando & qualitatiue & nō substan
tialiter nec nutritiue intrinsece. Et nota ꝙ aqua diciẽ aliter infrigida
re & humectare corpora nostra q̄ alia mixta, quę dicunẽ frigida &
humida respectu nostrorum corporū. Nam ad hoc ꝙ aqua infrigi
det & humectet, nō opportet ꝙ reducatur de potentia ad actum a
corpore nostro. Vnde aqua non diciẽ in potentia essentiali frigida,
quia nō infrigidat ad gradū determinatū. Alia aūt mixta quę po
nunẽ frigida respectu nostri corpis, infrigidant ad gradū determina
tū, sed non nisi prius reducantur de potentia ad actū, vt est supius
dictum. Vnde talia nō agunt in corpus nostrū per q̄litatem poten
tialem, sed per qualitatem actualem. Et hęc est sententia Auerrois
quinto colliget circa principium.

De operatio ¶ Operationes aque pure sunt he. Prima est infrigidare & hume
nibus aquæ ctare per se, Per accidens tamẽ posset nostra corpora calefacere. Vt
pure. dicit Galienus t̄tio cōplexionum. Et in afforismis illo afforismo.
Ventres hyeme & vere sunt calidissimi. Inter scd̄as aūt operatiōes,
principaliter conuenit ei sitim sedare. Nā sitis est appetitus frigidi
humidi/ quẽ cito faciat, ratione sue subtilitatis & cursibilitatis cito
ad profunda ingrediendo, ad quę ingredi alia frigida humida a do
minio tam cito non possunt. Item aqua ratione subtilitatis & sub
stantię/ habet vnā operationẽ quę est subtiliare cibū & ipsum sub
tiliando facere penetrare. Ad hanc intentionem est Galienus tercio
regiminis acutorum Rasis tercio Almansoris. & Auicenna primo
canone, fen secunda.

Est primo inflatiua propter resolutionẽ materię in ventosi
tatẽ, cū illa materia cōsumi nō pōt, sed trāsit ī ventositatẽ.
Secundo lauatiua. Nam ratiōe humiditatis remollit mate
riā & ipsam remollitā secū trahit & educit, & hoc est lauare
Aqua qđ nō facit glutinosum. Vt gumi arabicū dragantū mel.
rōe q̄ Tercio lubrificatiua. Omẽ enī ꝙ lauat lubricat, sed mlta lu
hūida brica non sunt lauatiua, viola enī est lubrica: sed nō lauati
est. ua. Nam materiā remollit, sed eā secū non ducit.
Quarto. Applanare res asperas, & hoc cū eidem aliquod
viscosum admisceatur adherẽs, vt gumi arabicū dragagan
tū, humiditas enī sola cursibilis nō applanat.

Prima. Cōfortare inspissando substātiā mēbroꝝ q̄ inspissa
ta calor naturalis nō resoluiẽ, sed uigoraẽ. Hęc est intentio
Auicẽ. ꝗ cañ. Et non confortat/ sanguinẽ et spiritū generā
do, quẽadmodum vinum & aqua carniū & vitelli ouoꝝ.
Nec confortat viuificādo & illuminando, quẽadmodum
aromatica/ vt muscus/ crocus. Et spiritum clarificantia, vt
margarite. Nec etiā confortat complexionem membrorū
cōseruando, velut medicinę temperate.
Aqua Scd̄a Repercutere. Prio, qa membrū stringit, & minorẽ lo
rōe fri cū occupat, & illud quod est in mēbro expellit. Scd̄o reper
gidita cutit, quia tēperat mēbri caliditatẽ attrahentẽ. Ideo calido
tis, ha remisso minor fit attractio. Tercio repcutit, calidū fugiẽdo
bet qn ꝑ contrariū, & calidū fugatū secū ducit humores. Quarto
cꝫopa repercutit, materiā in grossando, quare nō potest penetrare
tiōes. in membrū. Quinto repercutit, calorẽ innatū confortando
in membro, quo confortato minus recipit materiā nociuā,
& materiam iam fluxā a se repellit.
Tertia. Ingrossare materias cōgelando & in spissando.
Quarta. Incrudare et digestionem impedire, cum digestio
uigeat per calidum.
5 Stupefacere & dolorẽ mitigare, Vno mō spiritū ingros
sando & immobilitādo. Scd̄o mēbri cōplexionẽ malā cō
ponẽdo aut corrūpendo. Mitigat etiā dolorẽ ęquādo ma
lā cōplexionẽ calidā, quę ut plurimū est causa doloris.

Aqua ratione qua aqua pręseruat ab ethica, & hos qui patiuntur fe
brem calidissimā. Galienus 10. de ingenio sanitatis.
Aqua ratione quā frigida fluxū oẽm ꝓhibet. Auicẽ. 2. canone. Et
Galienus quinto de ingenio sanitatis.
Aqua ratione qua frigida, neruos debilitat, & nocet vlceribus/ den
tibus/ & ossibus, Frigidū enī inimicū est neruis. Hippo. in affo.
Aqua calida ad ignem cocta, nō est simplex, sed ex parte cōposita.
Accipiẽs de substātia ignis partẽ & q̄litatẽ eius. Gal. 1. simpliciū.

Aqua calefacta primo occursu calefacit & humectat, sed postea infrigidat. Galienus primo simplicium.
Aqua tepida quę nõ delectat, ventrē inflat, sitim non minuit, appetitũ deijcit, & corpus dissoluit. Rasis tcio Almansoris.
Aqua ratione qua calida & humida est remollitiua, & ratione qua calida est subtiliatiua/abstersiua/aperitiua.
Aqua calida humida cutem mollificat/applanat, & maculas subcutaneas resoluit, corpus inpinguat, & bonum colorem efficit. Fiat tamen moderate.
Aqua ferrea/cuprea/aluminosa/sulfurea. etc̄ fluxus stringit & desedatiões cutis planat balneãdo & embrocãdo, vide eas in Auicē.

Cap. Tercium de bonitate Aque

Hippocras Aff. 26. qnte particulę. Aqua quę cito calefit & cito infrigidatur, leuissima est. Ex hoc accipe primo, ꝙ subtilitas aquę cognoscit̄ ex eo, quia cito clarescit & residet, sicut apparet in aq̄ Tyberis/Danubij/& Rudawka. Secundo bona est aq̄ quę cito calefit & cito infrigidatur. Tertio aqua subtilis est si moueatur pluries, & minores habet inundationes in suo motu. Quarto aqua subtilis est, quę pfectius representat q̄litatem rei posite in ea, q̄ quę minus representat. Quinto in aq̄ subtiliori, res clarius videtur q̄ in grossiori. Sexto res ponderosa in aquis subtilibus, cęteris paribus cicius descendit, & tardius in grossis.
¶ Amplius aqua quę gustu est peior, quãtumcunq; sit clarior et luminosior, & subtilior q̄ alia/erit deterior, et econuerso. Nõ est ergo confidendũ in subtilitate substantię/claritate/& dyafaneitate. Immo cõfidendum est in gustu/odore/& tactu. Ex inde sequit̄ ꝙ plus facit leuitas ad aquę bonitatem, q̄ illuminatio & perspicacitas. Galienus in commento 26. quintę particulę afforismorum. Leuissimam aquã intellige quę stomachũ nõ grauat, & q̄ cito trãsit digesta. etc.
¶ Ad cognoscendum id ꝙ admiscetur aquę si sit male qualitatis. Quãuis forte non multum appareat gustui, sciri potest p admixtionem lixiuij cum aq̄. Illa eni substãtia quę primo apparebit transparens & luminosa, efficit̄ turbida, & alba non transparens. etc̄.
Ex Rasi tercio Almansoris. quattuor sunt conditiones bonæ aquę: scilicet ꝙ sit pondere leuior, saporē retinens meliorē ad dulcedinē parum declinantem, quę cito calescit & cito infrigidatur, & ex qua vinum parum sustinet quantitatis, omnibus aquis est melior.
Aqua p decoctionē calefit & subtilior efficitur, q̄a partes terrę quę primo descendere non poterant: per decoctionē descendũt. Vinum autem & alia liquida per decoctionem inspissantur, eo ꝙ subtile resoluitur, & residuum manet grossum.
Inter modos rectificandi aquas malas, sublimacio est perfectior, deinde distillacio, deinde decoctio, postea colatio.

Capitulum Quartum. de Dubijs.

Queritr̄ si sitis sit ex estuatiõe cibi comesti declinãtis ad aliquã siccitatē & grossiciem qd bibendũ sit. Et dicimus ꝙ tũc vinũ mixtũ melius erit huiusmodi sitis extinctiuũ q̄ aqua, ex eo ꝙ aqua huiusmodi digestionē impedit et uentositatem generat: nec ita perfecte cibo admiscet̄. Si aũt sitis sit mendosa ratione ebrietatis, tunc aqua frigida pauca pura simplex paulatim transglutita est melior & conuenientior ad huiusmodi sitis sedationē, & valde nociuum est bibere vinum.
Dubitatur si sitis est appetitus frigidi, quare est ꝙ homines sitiẽtes plus vinũ appetunt q̄ aquã. Vnde est hoc ꝙ vinũ sedat sitim cũ sit calidũ & siccum scd̄m intentionē auctorum medicinę. Ad hoc dicit̄ ꝙ licet vinum sit calidum & siccũ de potentiali cõplexione, tñ de materiali et actuali data ab elemẽtis: vinũ est a dominio aqueũ, & ratiõe huius complexiõis. vinum potest sedare sitim, & est obiectũ satis conueniens appetitus sitis, nam potest mẽbra infrigidare. Q̄ autē homines sitientes plus appetunt vinũ quam aquã, hoc est propter amicabilitatem ipsius ad naturam humanã, Non quia sit magis conueniens ad sitim sedandã, sed quia natura nostri corporis plus delectatur ĩ vino q̄ in aqua, cum eni patitur a nostro corpore, spiritum confortat & multiplicat, & sanguinem auget/& propterea sitientes plus appetũt vinum q̄ aquam.
Dubitatur, supposito ꝙ aqua non nutriat. An homo citius moreretur bibendo aquã & penitus nihil comedendo, vel aquã non bibendo. Primo nanq; uidetur ꝙ aqua vitãm abreuiat debilitando calorē & spiritũ, q̄bus contrariat̄, Huius aũt oppositũ sentit Galienus tcio regiminis acutorũ inquiens. Quando quis bibit aquã humectatur corpus desiccatũ, & roborat & manet longo tẽpore per potum aquę frigide, quod nõ faceret nisi eam biberet. Plus ergo facit ad vitam prolongandã humectando/& actionem calidi retardando q̄ impediat calidum innatum debilitando.
Amplius dubitatur si aliquis multũ siciat post cenam vel prandiũ cum digestio est in fieri: quid est peius, vel potare aquã uel vinum. Videtur ꝙ aquã bibere est deterius: quia magis impedit digestionē cũ digestio uigeat per calidũ & aqua est frigida, Vnde uidemus ꝙ aqua posita in liquore uel lebete buliente magis impedit bulitionē q̄ vinum si poneretur. In contrariũ uidet̄ esse Auicē. primo cañ. fen 3. Nam reprobat potũ uini ante digestionis cõplementũ, quia facit cibum penetrare indigestum & a stomacho exire ante digestionem, Nõ aũt sic aqua. Nam vinum est magis subtile in actione penetrationis q̄ aqua, quę cũ cibo poterit manere usq; ad complementũ digestionis. Et sic potus vini est minus conueniens q̄ aquę. Amplius alia ratio ad idem, vinum est nutrimentũ & nõ aqua. Nunc aũt ni

hil eſt deterius q̃ indigeſtũ ſuper mediũ digeſtum ſumere. Preterea vinum eſt facilis digeſtiones & ſic digeretur ante cibum aſſumptũ. & ſic uel defert ſecũ cibum indigeſtum, vel manet in ſtomacho ultra cõplementũ ſuę digeſtionis & corrũpitur: & aliũ cibum corrũpit. Reſponſio. Non infeſtante ſiti non eſt bibenda aqua nec vinum: quouſq; digeſtio ſtomachi ſit quaſi completa, tunc bibendũ eſt vinum uel aqua uel utrũq; ſimul, Et huiuſmodi potus a ſapientibus vocaṫ delatiuꝰ vt dicit Raſis 4. Almanſoris. Sed ſi ſitis omnino infeſtet ante digeſtiõis cõplementum, credo ꝙ potus aquę eſt conuenientior q̃ potus vini. Non obſtante ꝙ cõmunis vſus ſit ad contrarium, & quanto cibaria eſſent deteriora quę comeſta fuerint, tanto potus vini eſſet deterior, & quanto vinũ eſſet ſubtilius in ſubſtãtia & actione tãto deterius. Et qa multi nõ ſunt aſſueti bibere aquã ſed uinũ, tunc ſi bibaṫ vinũ ad ſedandã ſitim: ſit debile & aq̊ſum.

¶ Dubitaṫ. Quis potus eſt conuenientior pro ſitis extinctione & ꝓ meliori ciborũ ꝑmixtione, An aqua ſimplex uel vinum. Homĩes enĩ habent in conſuetudine ſumere cũ cibo potum: & propter ciborum bonam ꝑmixtionem et propter ſitis extinctionem. Sunt enim multi qui comedendo ſitiunt & ſitiendo comedunt & bibunt. Videtur ꝙ potus aquę eſſet conuenientior ad ciborũ ꝑmixtionem meliorem & ad ſitis ſedationẽ. Nam Auicẽ. 1. cañ. fen. 3. ſimpliciṫ prohibet potum uini cũ cibo & immediate poſt cibum, quicũq; ſit ille: ſiue bonus ſiue malus. Nam ex huiuſmodi potu, cibus deſcendit de ſtomacho ante ꝑfectam digeſtionẽ, & eſt cauſa opilationis & egritudinũ, quarum mater eſt opilatio. Ex potu aũt aquę nõ prouenit huiuſmodi nocumentũ ſicut ex vino / ex eo quia uinũ cum ſit facilis digeſtionis citius digeritur q̃ cibus cui permiſceṫ, & ſic eijcit ſecũ cibum nondũ digeſtum & erit cauſa opilatiõis. Aqua aũt ſimplex & pura, non digeritur: quia nõ nutrit: & retinet cibum in ſtomacho vſq; ad perfectam digeſtionẽ: & ſic non eſt cauſa opilationis. Amplius aqua bibita cũ cibo, ciborũ bonam naturam nõ mutat, ſed uinum permutat & alterat. Amplius confirmaṫ. Si fercula anteq̃ comedantur, ꝑmiſceantur cũ uino, & coquanṫ in uino ſicut in aqua. Hoc erit irracionabile ualde, pręcipue ſi cibaria ſint bona in ſe, ergo a ſimili bibere vinum cũ cibo ſimul: & immediate poſt cibũ pro ciborum cõmixtione & ſubtiliatiõe nõ eſt rationabile. Vnde Auicẽ. non prohibet expreſſe potũ aquę pure cũ cibo & ĩmediate poſt cibum, ſed prohibet potũ uini. In contrariũ huius eſt cõmunis vſus, cõmuniter enĩ homĩes bibunt vinũ cum cibo & ĩmediate poſt cibũ & non aquã ſimplicem puram. Aqua enĩ non eſſet bona, niſi propẽ ciborum cõmixtionẽ & ſitis ſedationẽ, ſed uinũ has eaſdem conditiones habet, nam ſitim ſedat & cibum ꝑmiſcet, & vltra hoc nutrit & virtutẽ cõfortat & digeſtionẽ, & ſua aromaticitate ſpiritũ auget & calorem innatũ, Et quia natura delectaṫ in uino cibus permiſcetur perfectius, & ex ipſius permixtione perfectior fit digeſtio cibi in ſtomacho, & cibus ſic digeſtus magis diligitur & attrahitur a mẽbris alijs, & ſic potus uini eſt conuenientior q̃ potus aquę cęteris paribus, ſuppoſito ꝙ homo non grauetur uino & ſit conſuetus bibere uinũ, et ꝙ quãtitas uini ſit ęqualis quãtitati aquę: ad cibi ꝑmixtionẽ ſufficiens & ad ſitis ſedationẽ. Si etiã aliquis haberet ſtomachũ valde colericũ, & comederet cibaria valde calida, potare uinũ pro ſedatione ſitis & ꝑmixtione non eſt rationi conſonũ. Et ecõtra ſi habeat quis ſtomachũ valde frigidũ: & comedat cibaria valde groſſa frigida indigeſtibilia, bibere aquã cum cibo et ĩmediate poſt cibum eſſet erroneũ valde. Conueniẽtior igiṫ eſt potus uini cũ cibo et poſt. Omnes homines tamẽ plus errant in potu uini q̃ aquę. Vnde plures infirmanṫ bibentes uinum cũ cibo, q̃ aquã, quia plus inclinanṫ ad uinũ propter delectabilitatem. Ad hoc etiã facit multũ diuerſitas uinorum quę ſumuntur cũ cibo, ꝙ eſt multum contra rationẽ. Dictum autẽ Auicẽ. prohibentis vinum cũ cibo & poſt cibum, eſt verũ in quantitate magna, in qua eſt magis potus delatiuus, & nõ de vino in quãtitate parua in qua eſt potus permixtiuus, & noſtrę naturę confortatiuus. Et ſic patet ꝙ non eſt ſimile de huiuſmodi potu permixtiuo in ferculis & ciborũ decoctione. In ferculis enĩ & mixtionibus eorum: oportet eſſe magnã quantitatẽ uini et aquę, & ſic melius eſt ꝙ decoquanṫ in aqua & comedanṫ cum cõmixtione vini & aquę, vel prout ratio dictat.

Quid bibendũ ſuper fructus.

Dubitatur, Quid rationabilius eſt bibere cum fructibus, vtrũ vinũ vel aquã purã. Videṫ ꝙ vinũ nullomodo ſit bibendũ cũ fructibus nec poſt. Nam Auicẽ. prĩo cañ. fen ṫcia, capitulo de regimĩne vini & aquę prohibet ſimpliciter dari vinũ cum cibis mali chimi, & ſimiliter poſt cibos mali chimi. Sic eſt de fructibus & ſpecialiter de melonibus. Omnes enĩ fructus non effugiunt cacochimiã. Galienꝰ alimentorum ij. Vnde de vuis & ficubus qui minus mali ſunt inter fructibus dicit, ꝙ nõ effugit cacochimiã, & ſic eſt intentio Auicẽ. ꝙ cum fructibus & poſt non eſt bibendũ uinum, ſed nullibi potum aquę prohibet, & ſic irrationabilius videtur bibere vinũ q̃ aquam cum fructibus. In contrariũ huius eſt cõmunis vſus. Nam cõmuniter homines cum melonibus & alijs fructibus multis, uinũ bonum bibere conſueuerunt, vt fructuũ malicia corrigatur, ſecundũ enĩ canones vniuerſales medicinę, ſi aliquis cibus malus accipiatur & nociuus, bonũ eſt & rationi conſonũ poſt ipſum aſſumere, cibum uel potũ illius malicię correctiuũ, & hoc dicit Auicẽ. in caplo de eo ꝙ bibitur & comediṫ. Nunc aũt fructus cõmuniter maliciã habent, q̃ per aſſumptionem vini corrigatur, & nõ per aſſumptionem aquę. Amplius fructus plurimi ſunt ventoſi & difficilis digeſtiõis. Nunc aũt vinum ventoſitatem corrigit & digeſtiõem confortat. Item fructuum plurimi ſunt frigidi, q̃ malicia etiã vino corrigitur. Predicta

autem nocumēta per aquam nullatenus corrriguntur, immo ꝙ pe/
ius eſt augentur, & ſic aquā bibere poſt fructus nō eſt conſonū. Ad
hanc intentionem dicit Auicē. ij. canone de melonibus ſub hoc no/
mine batheca. Poſt melones decet uinū bibere, & poſt pira decet ad/
miniſtrare hidromel cū ſpēbus. Et ſimilit̄ Iſaac in libro ꝑticularib⁹
Reſponſio. Fructus ſecundum poſſibilitatē ſunt vitandi, quia ge
nerant humores malos corruptibiles & putreſcibiles, ex quibus ꝑ/
ueniunt febres / apoſtemata, & ſimiles egritudines. Vnde narrat Ga
lienus in libro euchimia et cacochimia ꝙ comedit fructus cum ſuis
ſocijs & incidit in febres. Pater aūt ipſius hoc cognito redijt ex rure
& curauit eum, fructuſq; inhibuit, quos cum Galienus obmiſit, vi
xit multis annis ſine febre, hęc ibi. Verum homines auidi ſunt ad co
medendū fructus, quos ſi abſq; febris aduētu comedere voluerint
non bibant vinum cū eis, niſi forſan in pauca quātitate propter cō
mixtionem. Noſtri autē homines peſſime faciunt, plurimū vinum
delectabile, malmaticum dulce, aut muſcatellā, uel vina fortia ſu/
pra fructus horarios precoces & facile putreſcibiles, ſcilicet ſupra
ceraſa / pruna / perſica / melones & cęteros huiuſmodi fundentes &
cocleari comedentes, & ſecundū experientiā in febres ut ſemꝑ exin
de incidentes, ꝙ ſi ceruiſiam aut parum vini leuis & debilis ſuperbi
berent, non acciperet eos febris. Non bibant ergo multū vini cū fru
ctibus nec vinū dulce aut forte, ſed ceruiſiæ parum: aut vini leuis
parum: propter permixtionē & deſcenſum. Pro delatiuo aūt potu
hoc eſt poſt duas aut tres horas comeſtionis fructus (ſi ſitierint) bi/
bant vinum fortius, ſed in pauca quantitate, ad corrigendū mali/
ciam fructuum, & non ad corrumpendū nec ad exacerbandū mali
ciā eorum. Ad dictum ergo Auicēne dicamus, ꝙ Auicēna loqueba
tur de potu delatiuo, qui debet eſſe vinum in quantitate pauca. De
potu aūt correctiuo malicie & digeſtionis, permittit̄ ut ſumatur ui
num forte in pauca quantitate. Et ſic patet quomō vinum cū fructi
bus ſumere conuenit & quomodo non. Ad meliorē aūt intelligen/
tiā nota ꝙ quidam homines comedunt fructus propter feruorem
& calorem et ſitis repreſſionem. In partibus nutritiuis et ſpūalibus.
Ad hanc intentionem nullus ambigit: quin ſit melius bibere aquā
ꝗ vinum. Vnde in hominibus calidis & in regionibus feruidis & in
hominibus habentibus ſtomachum valde calidum & ſitibundū,
Poſt ceraſa & melones & ſimilia q̄ comeduntur ad refrigerandum,
& ad ſitis feruorem extinguendū, melius eſt forte aquā puram q̄ vi
num bibere. Amplius fructus interdū aſſumūtur ꝓpter vrinę pro/
uocationem & renum mundificationem, ut melones et ſemina frigi
da diuretica. Ad hanc intentionē, non eſt rationi conſonum bibere
aquam, nam vrinę prouocationē aqua impedit, ſed vinum ſubtile
aquoſum ad hoc eſt magis cōueniens, uel ceruiſia tenuis & diureti/
ca. Item interdū ſumuntur fructus propter ventris retentionē & re/
ſtrictionem. Ad hanc intentionem comeduntur pira, coctana, ſor/
be, neſpile & fructus pontici imaturi. Ad hanc intentionē eſt vinū
ſtipticum bibendū rubeum & groſſum & non aqua, niſi eſſet aqua
calibis uel ferri aduſti aut plantaginis. Quidam aūt homines come
dunt fructus propter nutritionē, ut caſtaneas / ficus / vuas / & dacti/
los. Et ſi cū talibus fructibus aliqui auctores mādant bibere aquā,
ne epar opilaretur, tamen quis ambigit quin melior fiat nutricio, ſi
uinum ſuperbibatur. Preterea quandoq; fructus ſumuntur propter
ventris lenitionē, ut poma / ficus / vuę maturę / perſica mollia / ce/
raſa / pruna & ſimilia, & ad hanc intentionē bibendum eſt cū eis vi
num uel bona ceruiſia & non aqua, Nam aqua impedit ventris le/
nitionem. Omnem enī curſum prohibet a q̄cumq; mēbro, vt dicit
Auicē. ij. canone capitulo de aqua. Amplius huiuſmodi fructus ſic
ſumpti non leniunt uentrem, niſi prius digerantur, & de potētia ad
actū reducunt̄, & q͞a ꝑ aſſumptū vinū citi⁹ digerunt̄, et de potētia
ad actū perfectius reducunt̄, Ideo cū eis vinum uel ceruiſia ſumē/
da eſt, et debet eſſe vinum ſubtile declinans ad delectationem. Hęc
eſt vera interpretatio de bibitione poſt fructus.

Capitulum Quintum.

GAlienus pręcepit aquam dare in febribus in magna quātitate
ſubito vno hauſtu, primo regiminis acutorū. Interdum vero
precepit ut quantitas eius non ſit magna, octauo de ingenio. Hę
auctoritates nō cōtradicūt. Nam auctoritas primo regiminis acu/
torū eſt in febribus ſine putredine, & in putridis poſt ſigna decoctio
nis, ſemper ſuppoſitis ſupponendis ex parte corporis ſuſcipientis.
Sed auctoritas Galieni 8. de īgenio ſanitatis, eſt in febre putridā an
te ſigna decoctiōis, in quibus eſt fortior ſitis & anguſtia, et timor ca
ſus in ethicam. Niſi enī nos hęc cogant, melius eſt non dare aquam
ante ſigna digeſtionis. Item cum Galienus prohibuit aquā ante co
ctionis ſignū 8. de ingenio ſanitatis intendit de aqua in magna quā
tītate, & conſiderata materia morbi et opilatiōe & quę datur ad re/
ctam curationē. Quando aūt pręcepit aquam frigidam ante digeſti
onē materię dare, intellexit de aqua in parua quantitate, ad ſitis &
anguſtię remiſſionem & preſeruationem ab ethica.
Pręterea uidetur contradictio inter Auicennā & Galienū. Nam in
4. canone Auicēna fatetur per potū aquę frigide, poſt materię dige/
ſtionem, vel ſi materia morbi ſit calida ſubtilis, meliorē fieri mate/
rię expulſiōem. Nam dicit ꝙ huiuſmodi potus aquę frigide iuuat
ad expellendam materiā per ſeceſſum aut per ſudorem etc̄. Et op/
poſitū aſſerit Galienus 9. de ingenio vbi ſic dicit. Aqua frigida nō
eſt danda quando natura pręparat expellere materiā. Nam aqua
frigida prohibet fluxum ſanguinis per nares & ſudorem. Amplius
in 11. de ingenio dicit, ꝙ aqua frigida non valet ad expurgandum
putredinem cū vrina: ſudore & egeſtione, ſed magnū iuuamentum

prꝭſtat ad acumen, & ſic non videtur ꝙ iuuet ad expellendum &c.
Ad hanc dubitationem dicendũ ꝙ directe & per ſe aqua frigida im
pedit omnem curſum ut dicit Auicē. 2. canone capitulo de aq̃, ꝙ
igitur aqua iuuat, nõ eſt niſi de per accidens, ſcz cõfortando virtu
tutem expulſiuam & materiam obedientē faciendo, anguſtiã & ſi/
tim remouendo & mēbra aliqualiter irrorando. Non quidem ma/
teriam mobiliorē faciendo nec uias aperiendo. Vnde poſtq̃ euacua
tiones inchoate ſunt, aqua frigida nõ prodeſt nec iuuat: ſed potius
nocet, ſed anteq̃ euacuatio inchoetur, aqua frigida infrigidare po/
teſt materiam preparando ſi ſit ſubtilis & indigeſta, & diſcraſiã ma
lam alterando, ſitim & anguſtiã remouēdo. Si etiã materia ſit groſ
ſa indigeſta, tamē in febribus cronicis in quibus materia nõ eſt ſub/
tilis / nec eſt anguſtia nec ſitis nec feruor naturam infeſtans, nullo
tempore cõpetit aqua frigida pura. In alijs aũt morbis non febrici/
tantibus non competit uia potus, niſi forte in fluxu uentris colerico
ſine opilatione aqua frigida eſſet conueniens. Aqua aũt quę admi/
niſtratur ad curam ethice, non debet eſſe frigiditatis uehementis nec
longi temporis, quia innata caliditas eſt pauca, & virtus eſt debilis
& eorum mēbra ſunt carne denudata, quare nõ ſuſtinerēt aquã fri/
gidam, nec longã moram in eadem, huiuſmodi aũt aqua admini/
ſtrari non debet niſi pręcedente balneo humectatiuo temperate cali
ditatis. Si autē balneũ fiat ad pręſeruandũ ab ethica, tunc quia ad/
huc mēbra ſunt carnoſa, & caliditas innata exuberans & virtus for
tis, poteſt eſſe aqua frigidior & balneatio prolixior, verum non ex
pectetur in eis ſudor.

Cap. vi. de Aquis artificialibus in gñali.

AQuę non dicuntur artificiales, eo ꝙ forma per quam operã
tur detur per artem. Nam operãtur per formas naturales eis
inexiſtẽtes. Nulla enĩ forma naturalis ſit nec poteſt fieri ab arte. Di/
cũt ergo artificiales, qa fiũt ab arte regulãte et q̃dãmõ coadiuuãte.

De Aqua temperata.

AQuę temperate ſubtilis ſubſtantię ſunt doloris mitigatiue,
ſicut aqua aneti cum oleo oliuarum dulcium, vel cũ pingue
dine anſeris uel gallinę, uel aqua camomille, et aq̃ decoctionis ſpa/
ragorum ſunt ſatis conuenietes mitigatiue dolorũ apoſtematum.
Vnguenta etiã facta ex predictis oleis et pinguedinibus cũ cera al/
ba ſunt ſatis conuenientia ad dolorum mitigationem.

De Aquis remollitiuis.

AQua alteę eſt cõueniens, et aqua radicis uiticelle. Et ſi in iſtis
aquis ſit butirũ vacciuũ, vel pinguedo anſeris uel gallinę,
erit conueniens remollitiuũ. Et ſimiliter ſi in pędictis remolliantur
bdelium uel armoniacum erit facilius et melius remollitiuũ apoſte/
mãtum melancolicorum.

De Aquis abſterſiuis.

SVnt aquę abſterſiue quę abſtergunt & non extra. Alię ſunt quę
abſtergunt intus & extra, & alię ſunt quę abſtergunt extra et nõ
intus, quę proprie non ſunt abſterſiue, quia carent bauracitate &
amaritudine. Exemplum primi eſt abſinthiũ, quod eſt amarum cũ
quadam bauracitate, & extra applicatũ nõ abſtergit, impediẽte q̃/
dã eius ſtipticitate, ſed intus aſſumptũ nõ obſtat eius ſtipticitas, qn
abſtergat & aperiat. Exemplum ſcdi, ut radix ireos, hęc enĩ eſt ab/
ſterſiua & aperitiua intus & extra & non habet ſtipticitatem impedi
entē quin ab extra abſtergat. Exemplũ tercij, ut aq̃ fabarum eſt ab/
ſterſiua ab extra ſine apertione & amaritudine & bauracitate, ſed
ab intra non proprie eſt abſterſiua. Abſterſiua enĩ ab extra ſine aper
tione & bauracitate & amaritudine, proprie vocatur mundificati/
ua, ſed abſterſiua cum pororum aptione proprie vocat̃ aſterſiua.
Omnis nãq͛ medicina abſterſiua eſt mũdificatiua, ſed nõ ecõuerſo.
Omne enĩ quod abſtergit mundificat & aperit, ſed non omne qd
mundificat aperit. Medicina abſterſiua eſt fortior mundificatiua. Et
medicina mundificatiua eſt media inter lauatiuã & abſterſiuã. Om/
nis medicina abſterſiua interius eſt aperitiua, ſed non conuertit̃, aliq̃
enĩ ſunt intus aperitiue quę non ſunt abſterſiue. Etiã abſterſiua exte/
rius eſt aperitiua ſemper, & ſic aperire in plus ſe habet q̃ abſtergere.
Sunt aũt aliq̃ aperitiua multum ſubtilia, q̃ proprie loquendo non
ſunt mũdificatiua. Sũt etiã aliq̃ aperitiua frigida, quę proprie non
ſunt abſterſiua ſicut endiuia eſt aperitiua, tamē non eſt abſterſiua, ſi/
militer aniſum eſt aperitiuũ, tamē non eſt mundificatiuũ. Subſtãtia
enĩ medicinę abſterſiue debet eſſe terrea & ſaporis amari cũ q̃dam
bauracitate, Medicina ergo mũdificatiua mouet humores a conca
uitatibus mēbrorum: ſiue ille humor ſit uiſcoſus ſiue non, Sed ape
ritiua ſine abſterſione ſolum mouet humores a concauitatibus: qui
non ſunt adherentes / nec uiſcoſi, & huiuſmodi medicinę aperitiue
ſunt debilioris operationis q̃ mundificatiue, & ſunt aperitiue cum
pauca abſterſione & cum q̃dam ſtipticitate. Aperitiue aũt ſine ſtipti
citate ſunt fortioris operationis, q̃ mundificatiue & abſterſiue. Aq̃
ergo fabarum & ordei & amigdalarũ dulciũ adminiſtrate, abſter/
gunt abſq͛ apertione, & ſic ſunt mũdificatiue & non abſterſiue. Aq̃
aũt lupinorꝫ amarorꝫ et aq̃ orobi et aqua radicis ireos & aq̃ ſpara/
gorum ſunt mundiificatiue & abſterſiue, & cum hoc aperitiue. Aq̃
aũt aniſi & endiuie ſunt aperitiue, ſed non mundificatiue nec abſter/
ſiue. Aq̃ aũt cicerum forte eſt aperitiua, ſed non abſterſiua & mundi
ſicatiua. Aq̃ uero fumiterrę eſt aperitiua, ſed nõ abſterſiua & mun/
dificatiua proprie loquendo, vnde ſi humores eſſent adherentes et
inuiſcati & cõcatenati mēbris concauis, egerēt fortibus apitiuis.

De Aquis reſolutiuis.

AQua Camomil le, aqua alteę: aqua ſicle: aqua aneti, & iſopi
ſunt reſolutiue. Item aq̄ altee & iſopi & aqua aneti ſunt reſo
lutiue cum q̄dam maturatiōe, & ſimiliter aqua bdelij. A q̄ uero epi
thimi reſoluit cum q̄dam inciſione. Aqua maſticis reſoluit cum q̄-
dam ſtipticitate. Aqua aluminis eſt reſolutiua etiā cum q̄dam ſtipti
citate. Aqua ſicle & zuccari reſoluit cū q̄dam abſterſione.

De Aquis inciſiuis & ſubtiliatiuis.

PRima opatio calidi eſt calefacere. Scda eſt calefacta ſubtiliare.
Tercia eſt iam ſubtiliata euaporare. Quarta eſt euaporatum at
trahere. Quinta reſiduum incinerare. Et demū ſi neceſſe eſt, fortis ca
loris aduſtionē in mēbro inducere, tandē corrodere & putrefacere.
¶ Inciſio aūt debetur humori uiſcoſo, ſcd̄m q̄ uiſcoſus et groſſus.
Abſterſio aūt debetur humori adherenti, ſecundū q̄ mēbro adhe-
ret. Et ſubtiliatio debetur humori ſcd̄m q̄ groſſus. Vnde abſterſio
ꝓprie debetur ſaniei, & ſubtiliatio proprie debetur melancolię. Et
inciſio flegmati uiſcoſo nō multū groſſo. Flegmati aūt groſſo de-
bet inciſio & ſubtiliatio. Aqua camomille / aq̄ iſopi ſicce / aq̄ ſam-
buci aqua raffani, ſunt ſubtiliatiue aquę, & ſimiliter aqua calamēti
&c̄. Et ſi in huiuſmodi aquis ponatur acetū albū: magis erunt inci-
ſiue. Amplius aqua decoctiōis cepe eſt inciſiua, & aqua cicerū & a-
qua rute &c̄. Aqua inciſiua in ſui operatiōe eſt debilior q̄ abſterſiua
& q̄ ſubtiliatiua. Et ſubtiliatiua facit operationem & diuerſitatem
in eſſentia humorū, & ipſos attrahit a mēbris partem poſt partem,
quod non facit inciſiua. Aduſtiua aūt & eſcarā faciens & corroſiua
& putrefactiua ſunt caliditatis maioris et in ſubſtantia groſſiora q̄
ſit reſolutiua. Et corroſiua eſt maioris caliditatis q̄ aduſtiua & eſca-
ram faciens.

De Aquis conſumētibus ventoſitates.

AQua rute, aqua aneti, aq̄ pulegij aniſi, & aq̄ enule, & aqua
epithimi, conſumunt ventoſitates intus et extra. Ad idē va-
let aqua ameos et cimini.

De repercuſſiuis.

Aquę repercuſſiue ſunt: aqua roſe, aqua alitis plantaginis, aq̄
virgę paſtoris, aqua portulace, aqua ſemperuiue, et ſi cū pre
dictis aquis addatur vinum citoniorū uel albumen ouorū aut ace-
tum, erit conuenientius repercuſſiuum.

De Corroſiuis & putrefactiuis.

MEdicinę aduſtiuę, attramētum et ſpuma maris et euforbiū.
Corroſiue autē anacardū cepe alliū ſinapis elleborus et flos
eris. Putrefactiue ſunt arſenicum cantarides et omne lacticiniū. Aq̄

multarum virtutū, quę apoſtemata aperit, carnem ſuperfluā corro
dit, eſcaram inducit, poros & verucas delet. ℞ vitreoli romani, ſa
lis nitri aā. ℔ ſ. cinobrij ℥ ij terant̄ ſimul in vrinali vitreo bene forti
& ſpiſſo, & in alembico ponant̄, igne ſuppoſito lento. Ipſum q̄ lu
tabis cū farina, & albumine oui, & ponant̄ in olla plena cineribus
Itaq; cinis olle ſit ſuperfundum vno digito, vt poſſit recipere ignē
aliquantū magnum, et diſtillabit̄. Prima quidem aqua quę perfecte
non habebit operationes prędictas, erit aqua ſatis clara. Forte enī
hęc aqua prima nō erit corroſiua. Nec apoſtematum apiritiua. Nec
verucarū & pororū deletiua. Sed ſecunda aq̄ erit mirabilis, & mul
tarum virtutum. Signū autē hanc aquā ſcd̄am cognoſcendi, & ſi-
gnum diſtinctiuum a prima eſt, q̄ ſi poſueris ſcutellam ſub ſtilla ca
dente, corrodet̄ ab ea, & denigrabitur & bulliet ſupra ferrum, ac ſi
eſſet ſupra ignem. Aliud ſignum eſt q̄ aſcendit quidam fumus ru-
beus in caput alembici. Aliud ſignū q̄ ſi in ea ponat̄ gutta mercu-
rij, ſtatim deuorabit̄ et c. d̄ al. Et fit huiuſmōi aq̄ ex vitreolo et ſale
armoniaco & cinobrio. Potius q̄ ex arſenico et euforbio, & ſimili-
bus quę nō obſtante q̄ ſint magnę caliditatis. Sūt tamē in ſubſtātia
magis humida, vnde poſſunt diſtillationē melius ſuſcipere. Ex aq̄
iſta ſi tanguntur pori & veruce & caro ſuperflua, corrodunt̄ & ca-
dunt. Et ſi tanguntur apoſtemata / aperientur. Et ſi caro tangatur,
denigrabitur.

De conſolidatiuis.

CVtis noue regeneratio, vocatur ſigillatio et cicatriſatio. Car-
nis autem conſolidatio ſine cutis & carnis deperditione, vo-
catur conglutinatio ſeu conſolidatio.
Aqua balauſtiarū / Corticū granatorū / Caude equine / ordei tore-
facti / gumiarabici / plantaginis ceruſę / Nucis cipreſſi / Lactuce ace
toſe. Huiuſmodi aquę ſunt conſolidatiuę & ſtipticę / & ſpecialiter ſi
permiſceant̄ cū albumine oui. Nota deſiccatiua ſine mordicatione,
q̄uis non ſint ſtiptica: bene conſolidant: Sicut mirrha, plumbū adu
ſtum / raſura cornu aduſta etc̄. Per hūc etiā modū abſterſiua conſoli
dant: quia implent vlcera carne. Non enī caro poteſt generari in vl
ceribus niſi mundificent̄ a ſanie & a ſuperfluitatibus nutrimenti: q̄
fit per medicinam mundificatiuā & exicatiuam. Opus ergo naturę
eſt carnē generare, ſed opus artis eſt remouere prohibens. Nulla enī
medicina proprie loquendo generat carnē nec cōſolidat, hoc enim
eſt opus nature, ſed per medicinā prohibens remouetur.

De frangentibus acuitatem colere.

AQuę cōuenientes ad frangendū acuitatē colere ſunt aqua ble
tis aqua portulacę, aqua cucumeris / aqua endiuię, aq̄ lenti-
ginis aqua acetoſitatis citri, aqua acetoſe, et ſi in his ponat̄ pars ace
ti erit ſatis cōueniens; Huiuſmōi aquę ſunt competētes in heriſipilla

flegmonide, & in vera terciana, & causonē / & iñ magna epatis calefactione.

De prohibentibus putrefactionē.

ACetum putrefactiōem prohibet, quia desiccat & infrigidat, & caliditatem extraneã alterat. Cinamomū autē & crocus et cassialignea putrefactioni resistunt, calorē innatū & spiritū confortãdo. Sal aūt & mirra supfluas humiditates cōsumūt, similiť aloe. Aqua ergo blitis & granatorū & citoniorū, putrefactioni resistūt, vbi est mala discrasia calida & materia colerica. Mirra autē & sal putrefactioni resistunt vbi est mala complexio frigida cum materia flegmatica. Cinamomum autē conuenit in omni casu aromatisando, & spiritum & calorem cōfortando. Vnde aromata & calorem innatum confortantia in omni euentu sunt putredinem prohibentia, propť qđ quidã practici in febrib⁹ febrę putrida, propť caloris innati, et spiritus confortationē et putredinis maioris prohibitionē, aromatisant aquas. & sirupos aliquantulo cinamomo.

De aquis attrahentibus.

AQuę attrahentes a proprietate & complexione, sunt aqua pullegij / calamenti, centinodie / costi / fermenti, quę atrahunt a caliditate. Ad attrahendū ex profundo corporis, pullegium ad hoc est magis expertū, extrahit enim sagittas corpori infixas. Item piretrum & eius aqua, valet ad idem, & specialiter in extrahendo flegma a corpore. Similiter possunt esse aquę attrahētes humores, vt de reubarbaro endiuia de turbit, aloe collogntida etc̄. distillãdo in alembico, sicut si ponať de endiuia ꝙ inde extrahi possent ʒ xij, & de reubarbaro ʒ ij. erunt doses quattuor. Similiter intelligatur in alijs. Secundū enim ꝙ medicina attractiua erit fortior, secundū hoc minus de ea erit apponendū in ʒ xij aquę.

Aque valentes pulmoni.

MEdicinę facilitantes sputum, & mundificantes pectus & pulmonem. Sunt camomilla / ordeū / capilleueneris / granum pini / caulis / cicer nasturciū. Isopus / crocus / semē altee / semē iuiube apium / amigdale dulces / petrosiliū / liquericia / enula. Ex his fiant aquę decoctionis uel sublimationis.

Aqua contra vermes.

EDucencia & interficiētia vermes, sunt absinthium / abrothanū / semen caulis / lupini / centaurea / pullegium / semē attriplicis nasturcium, folia persicorū / polium / sticados / ameos / prassiū / cortex citrangulorum ex his fiat aqua.

Aque prouocantes vrinam ꝫ menstrua.

PRouocantia vrinam & menstrua, sunt anisum / absinthiū / abrotanū / accorus capilli ueneris / camomilla / ruta nigella, valeriana marubium / origanum / centaurea / costus / squinantum / maiorana / pullegium / rubea maior.

Aque restringentes menstrua.

SVnt acetosaba / laustia / ipoquistidos / alumen / thus / olibanū / terra sigillata / bolus armenus / cantabre, ex his fiant aquę decoctionis vel sublimationis.

Aque frangentes lapidem.

FRangentia lapidem sunt / polium / apium / ameos / abrotanū / altea / cicer nigrū / feniculus / laurus / sanguis hirci / pentafilon: saxifragia / grana pini / sparagus / raffanus / pipinella / capilli ueneris, ex his fient aquę artificiales.

Aque splendidã faciē reddentes.

AQuę faciem abstergentes / mundificantes / applanantes & illuminantes, sunt aqua fabarū decoctarum ex corticatarū, quę cutem totius corporis mundificat & abstergit. Item aqua distillata per alembicum de floribus fabarum & sambuci & ebuli. Item aqua fontis in qua gumi dragaganti sit remollitum, & ex ea lauetur facies, applanat / albificat / & illuminat. Item ad faciem rubeã excessiue, vel habentem similes maculas faciunt talem aquã. Reci: sulfuris viui ℥ 5. thuris albissimi ʒ 1. camphore ʒ iij. Hęc subtilissime puluerisata, permisceanť cum ℔ 1. aquę rosarū, & distilleť per alembicum & vsui reserueť, ruborem faciei & maculas tollit. Ego autē in practica vidi magnum nocumentū in vsu eius. Et ideo potius operabar per aquas infrigidantes cum dentali: lacte virginis, quod fit de plumbo, & albumine ouorū, & hoc vel ei simile curabat rubedines. Sic & aqua frage cū aqua nenufaris. Item aq̄ mellis distillati per se & cū appositione aquę raffani. Item aqua albuginis ouorū, & ipse albugines ouorū recentiū, ꝓsunt & totū corpus clarificãt.

Ad renascendū crines ꝫ multiplicandū.

FIat decoctio ex radicibus vlmi & bletis, & fiat lixiuiū cū illa aqua, & adduntur cineres sarmentorum vitis, laudantq ꝙ in aq̄ decoctionis ferrū ignitum extinguať. Et si in predicta decoctiōe addanť folia salicis & malue, facilitant & ꝓmouent crescentiã crinium. Ad colorandū autē capillos pulchro & aureo colore, adduntur flores sticados, citrini / flores affodillorum / lignū / edere / arboree / excorticatum a prima cortice.

Aque ad illuminandū oculos.

PRo colirijs oculorum fiunt aquę de eufragia / de verbena / ruta celidonia, rosis rubeis / bethonica / feniculo, ex his fit aqua quę lumina reddit acuta. Et rape dulces oblonge, secundum Auer: in

quinto colliget. Habēt mirabilē ꝓprietatē ad illuminādū oculos.

Ad conſeruationem auditus.

VAlet multum aqua diſtillationis pororū. Et ſi in ipſa ponet̄ ſpica, melius erit, Valebit enī ad ſurditatem & putredinem aurium. Et ſpecialiter ſi ſurditas fuerit de cauſa frigida, ſicut ſepius fit in ſurditate antiquorū, Ad idem valet aqua diſtillatiōis frondiū lauri & abſinthij. Item valet aq̄ pulleğij, & aqua ciclaminis ſeu panis porcini. Itē valet aq̄ maiorane & amigdalarū amararū. Et eedē aquę valent ad caput purgium per nares. Succus tamen blete depuratus, facilius purgat nares & caput.

Capitulum Septimum.

AD intelligendū precedentia et ſequentia. Notande ſunt varie operationes medicinarū. Maturatio quę & attractio earum. Et primo de opationibus dicendum.

Opationes vniuerſales ſūt duplices.

Primę & vniuerſales ſicut infrigidare/calefacere/humectare, & deſiccare. Vocant̄ autē primę, quia a calido nulla opatio, nec natura: nec tpe prius ꝓcedit, niſi calefacere. Similit̄ a frigido infrigidatio. et c. dꝫ alijs. Sunt etiā vniuerſales, quia caliditas calefacit quidqd eſt ei ꝓpinquius. Et etiā quia omne calidū calefacit, ſic & de alijs dicas.

Vniuerſales ſcđę & non primę, non differunt a primis niſi ſcđm quādam compoſitionē. Verbi gratia, frigidū primo infrigidat, deinde congelat, & congelatio nō differt ab infrigidatiōe. Eſt enim quędā infrigidatio. Similiter caliditas calefacit, & calefaciendo ſubtiliat & rarificat.

Quędā ſūt opatōnes medicinaꝝ vl'es q̄dam ſimiles vl'ibus Et alie opatōnes ſūt ꝑticulares.

℄ Amplius ſunt alie opationes ſcđę differentes a primis vniuerſalibus. Verbi gr̄a, aperire/abſtergere/et mundificare. Huiuſmodi operatiōes videntur ꝓcedere a caliditate, tñ non ita īmediate ſicut rarificare & ſubtiliare. Poſſunt tñ dici vniuerſales, qa in qualibet parte corpis hę operatiōes fieri poſſunt. Similit̄ ſtipticare et repercutere, eſt opatio frigidi, non prima nec ſecūda vniuerſal', quia tunc omne ſtipticum eſſet frigidum. Nec aperire eſt opatio vniuerſalis immediate ipſius calidi: quia omne calidū ſic eſſet apitiuum. Nā aliq̄ calida ſunt opilatiua, & aliqua frigida a dominio aperitiua. Igitur ille operatiōes non poſſunt dici vniuerſales, niſi quia earū iuuamētum eſt in qualibet parte corpis cui applicant̄. Poſſunt etiā dici vniuerſales, quia realiter & ut plurimum huiuſmodi opatōes ab eis procedunt. Regulariter enim medicina ſtiptica eſt frigida, & regulariter calida eſt aperitiua.

℄ Opatiōes ſil'es vniuerſalib⁹, ſūt opatiōes medicinaꝝ venenoſarū, & opatiōes venenoꝝ, & opatio tiriacę & medicinarū laxatiuarū, & ꝓuocantiū ſudorē & vrinā. Huiuſmodi operationes dicunt̄ vl'ibus ſimiles, qa earū iuuamentū & nocumentū, eſt cōmune toti corpori. Sed nō ſūt vniuerſales nec primę. Nō enī medicina perniciosa ſemp necat. Sed medicina calida ſemper calefacit. Nec tiriaca ſemper liberat a veneno. Imo interdum eſt venenum. Nec medicina ſeceſſiua ſemper facit ſeceſſum, ſed interdū vomitū. & ſic de alijs.

℄ Operatōes particulares: ſunt curare epilentiā, curare emoroides, cōfortare cor, prouocare vrinam & fluxum menſtruorum, curare ictericiam & quartanam. &c̄.

℄ Propter operationes primas vniuerſales, quę ſunt calefacere, infrigidare, deſiccare &c̄. Nō eſt neceſſarium ponere in mixtis aliam virtutem differentē a complexione. Nec etiā propter operatiōes ſecundas, ab eis paꝝ differentes, ſicut propter, ſubtiliare/congelare/adurere, quę ſunt operationes ſoli calido aut frigido cōuenientes a complexione. Propter operationes autē vniuerſales, quę dicuntur tercię, ſicut abſtergere/aperire/ſtipticare/ſtupefacere. Oportet ponere aliā virtutem a complexiōe. Nam ille effectus qui eſt abſtergere & aperire. Non habet calidum pro cauſa adequata, quia inuenit̄ in multis frigidis, ſicut ſunt lentes, ordeum, &c̄. Simileter dic de operatione quę eſt ſtipticare/& ſtupefacere, quę non habent caliditatem nec frigiditatem ꝓ cauſa adequata. Imo ineſt eis per proprietatem, quę eſt cauſa predictorū. Nam quando aliquid ineſt pluribus, & nō ineſt vni ꝑ alterū, ineſt eis ꝑ cauſam, & hęc eſt ꝓprietas. Propter operationes vero quę ſunt ſimiles vniuerſalibus, vt ventrem lenire/vrinā prouocare &c̄. oportet ponere aliā cauſam a cōplexione. Non enim faciūt huiuſmodi operatiōes, quia calide aut frigide, ſed quia tales & ſic dotate virtutibus. Nam Napellus non eſt venenū ratione complexionis, ſed ratione proprietatis. Multa enim ſunt propinqua napello in complexione, quę tamen nō ſunt venenoſa. Propter operationes aūt particulares, vt epilentiam curare/coleram euacuare &c̄. oportet ponere virtutē, a qua huiuſmodi operatio procedit. Multa enim ſunt in eodem gradu complexionis cū peonia, quę tamen epilentiā non curant.

℄ Pręterea nota/ꝙ poſſibile eſt ꝙ aliqua duo mixta ſunt longinqua in qualitatum proportiōe, quę complexio nominatur, tamen ſunt propinqua in ꝓportione miſcibiliū, quę eſt cauſa illius proprietatis cōmunis. Et ſimiliter forte ſunt ꝓpinqua in complexiōe/ & non ſunt ꝓpinqua in commixtione, ad quā ſequit̄ cōmunis ꝓprietas, quam ſequitur forma dans eſſe ſpecificum. Non obſtante

Igitur ꝙ ſemē melonū, & aqua apij, differūt in complexiōe formali, ipſa tamē conueniūt in cōmixtione materiali, ad quā ſequit̃ ꝓprietas. Et ſic poſſibile eſt ꝙ aliq̄ ſunt propinquiora in cōplexione: & tamē magis elongantur in cōmixtione, ad quā ſequit̃ ꝓprietas. Patet ergo quō eadem proprietas poteſt eſſe in pluribus differentibus in complexione. Et tamen non erit in his quę ſunt ꝓpinqua in complexione. Patet etiā ꝙ in eadem ſpecię eſſe diuerſas & oppoſitas ꝓprietates eſt impoſſibile. Patet inſuper ꝙ in mixtis ſunt ꝓprietates non ſenſate differentes a cōplexione, & etiā proprietates ſenſate, ſicut color et ſapor &c̄.

Conſequenter dicamus de maturatione.

Medicīa maturatīa et bonę ſaniei gñatiua debet habere quī ꝙ conditiones.

- Prima qđ ſit calida & humida temperate.
- Secūda ꝙ ſit liptomera & nō ſtiptica, vt ei⁹ virt⁹ ꝓfundū ualeat penetrare. Nō debet etiā eſſe acuta ne adureret.
- Tercia ꝙ faciat aliquid in materia apoſtematis: ſcilicet vt ſit facile maturatiuum, tollendo malam complexionem materię, ſubtiliando humorē ſi ſit groſſus, vel ipſum inſpiſſando ſi ſit ſubtilis.
- Quarta ꝙ ſit putrefactionis prohibitiua, faciens ceſſare putredinē. Nam calor putredinalis eſt cauſa virus & ſordiciei, et non laudabilis ſaniei.
- Quinta ꝙ debet eſſe aliquantulum viſcoſa & pororum opillatiua, vt calor in membro non ex halet, ſed interi⁹ confortet̃. Virtus enim vnita forcior eſt ſe ipā diſperſa.

¶ Exemplum huius eſt aqua calida temperate decoctionis farinę frumenti, vel furfuris depurati cū oleo cōmuni oliuarum. Vel cum pinguedine porci vel vituli. Et ſi forte humor eſt groſſior & frigidior. Poſſumus vti pinguedinibus calefaciētibus: cuiuſmōi ſunt pinguedo anatis / anſeris / & gallinę.

Deinceps dicendū eſt de attractione.

Attractio fit

- Primo a vacuo. i· vt vacuum euitetur. In omnibus enī corporibus mobilibus, inducta eſt virtus a corporibus celeſtibus, per quā mouent̃ ad omnem differenciā poſitionis, vt vacuū euitet̃. De quo videat̃ Ariſtoteles q̄rto phiſicoꝝ.
- Secundo. A calido, vt flāma inflāmans licmē attrahit vnctuoſitatem oleaginoſam ad ſui fomentum. Hęc differt ab attractiōe quę fit a vacuo. Nam hęc quę fit a calido pręciſe attrahit quod eſt vnctuoſius. Vnde ſi vinū & oleum permiſceantur ſimul, per formam licmi prius attrahitur oleum q̄ vinū. Et tamen vinum eſt ſubtilius q̄ oleum. Sed in attractione quę eſt a vacuo, attrahitur quod eſt ſubtilius & propinquius. Medicinę aūt calide & a proprietate, attrahūt a profundo, quādo emplaſtrant̃ ſuper locū, & hoc faciunt ratione caliditatis, & adiuuat ſubſtantię ſubtilitas. Sunt aūt quędam quę attrahunt a caliditate aquiſita per viā putrefactiōis, vt fermentū & ſtercora. Alia ſunt calida naturaliter, quę etiā per caliditatem innatam attrahūt, poſt quā de potentia ad actum ſunt reducta.

¶ Tercio. Sunt etiā alia quę attrahunt a proprietate applicata ab extra & ab intra. Et illa quę ſic attrahūt a ꝓprietate, ſunt triū manerieꝝ. Quędam ſunt quę attrahunt alimentū, vt mēbrum attrahit ſibi humorem conuenientē ꝓ nutrimento. Alia ſunt quę attrahunt venenum ſicut adeps cocodrilli, attrahit proprium venenū. Et ſimiliter caro tyri, vel venenum eius, attrahit venenū tyri. Et caro ſcorpiōis, attrahit venenum ſcorpionis. Alia ſunt quę attrahūt humores, vt cartamum attrahit flegma, & reubar: coleram. Hęc ergo attrahunt a proprietate ſeu a tota ſpecie. Quemadmodum dicimus ꝙ adamas attrahit ferrū, non quia calidum nec quia frigidum, ſed quia tale & ſic virtute cœleſti dotatū. Hoc mō attrahit membrum alimentū, & medicina humorem. Et medicina liberās a veneno, attrahit venenum. Sunt tamē aliquę medicinę liberantes a veneno nō attrahendo, ſed magis corrūpendo & alterando. Et hoc modo medicina calida, valet contra venena frigida. Et medicina lenitiua, valet contra venena mordicatiua. Alię ſunt medicinę liberantes a veneno, venenum expellendo, vt tiriaca bene fermentata. Nam cor confortando omnia venena expellit.

Capitulū octauum de Dubijs.

Dubitatur vtrum ſit ponere diuerſas medicinas a proprietate expellentes diuerſa venena, ſicut eſt ponere diuerſas medicinas, expellentes diuerſos humores. Dicendum ꝙ medicinę expellentes a proprietate diuerſa venena, & ſimiliter diuerſos humores, non ſunt in rerum natura. Et ſi ſunt, non ſunt nobis note. Sed forte diceres ꝙ tales medicinę dantur, ſicut & diuerſa membra habent diuerſas virtutes expulſiuas, diuerſarū ſuperfluitatum. Sicut inteſtina habent virtutem expulſiuam fecū, & renes vrinarum, & matrix habet virtutē expulſiuā ſanguinis ani, & pulmo ſputi. Et hoc bene aſſerūt ſapientes. Et patet in ſeptimo phiſicorū, vbi ſit mentio de motu pulſus naturali, cum pellens eſt quieſcens. Et hoc in membris corporis humani eſt verū, quia mēbra quieſcentia, ſuas expellunt ſuperfluitates naturaliter. Amplius Albertus magnus dicit: ꝙ inuentus eſt lapis adamantis, qui vna parte ſui ferrum expellebat, & alia attrahebat. Sic per conuenientiā et ſimilitudinem diuerſe medicinę, attrahent diuerſos humores & diuerſa venena, quia habēt diuerſas ſimilitudines & cōuenientias, & per diuerſas cōtrarietates & diſſimilitudines / expellent diuerſa venena & diuerſos humores. Ad hanc dubitatiōem dicendum ꝙ tales medicinas vt ſupra dixi.

Nō eſt poſſibile eſſe in rerū natura: qđ ſic oſtendo. Nam virtus expulſiua veneni & etiā humorum, nō poſſet eſſe in medicina, niſi de potentia ad actum reduceretur. Sed non eſt rationabile, ꝙ poſt reductiōem de potentia ad actum, habeant medicinę tales virtutem expulſiuam, quia ad hoc ſufficit virtus expulſiua mēbri. Et ſic nō oportet ponere hanc virtutem expulſiuā in medicina. Amplius ꝑ reductiōem de potentia ad actum, medicina nihil debet acquirere, qđ impediat opus intentū a natura & ab arte. Sed ſi medicina acq̄rat virtutem expulſiuā humoris veneni. Hoc naturam impediret, quia tunc reducta de potentia ad actū exiſtens in ſtomacho, impediret motum attractiuum humorū ad inteſtina, quem tamē natura intendit. Et ſimiliter patet de medicina liberante a veneno applicata ab extra. Si enī adminiſtretur ab extra, totaliter eſt irrationabile ꝙ habeat virtutē expulſiuā, poſtq̄ eſt reducta de potentia ad actū: quia tunc impediret opus naturę, quoniā natura intendit expellere uenenum per viā breuiorem. Breuior autem via morſibus uenenoſis, eſt via exterior. Ideo ſi medina liberans a veneno, apponeretur ab extra, & habeat virtutem expuſiuam, pelleret venenum a ſe, & ſic pelleret interius. Si autē talis medicina expellens venenum, recipiatur ad intra, pelleret venenū per ſeceſſum de ſtomacho, ſed non attrahit, ergo nec expellit. Mēbrorum enim corporis eſt expulſio. Suppoſito etiā ꝙ attraheret, ad mēbra exteriora perueniret, & virtus etiā eius perueniret ad mēbra principalia. Et ſic plus noceret debilitando mēbra principalia. Et ſpiritū & calorem innatum q̄ prodeſſe poſſit expellendo. Et quia venenum leuius a corpore expellit per medicinā attractiuam applicatam ad intra. Concludo ꝙ totaliter eſſet inutile ponere medicinā, a proprietate uel diſſimilitudine determinata, expellentem uenenū determinatum, & humorem determinatū. Ad illud ꝙ dicitur de lapide adamantino, qui expellit ferrū pro una ſui parte, poteſt dici ꝙ non eſt ſimile, quia huiuſmōi lapis facit hoc per ꝓprietatē accidentalē. Sed medicina liberans a ueneno & attractiua humorū, facit ꝑ proprietatem potentialem, poſtq̄ reducta eſt de potentia ad actum. Huiuſmodi aūt reductio non poteſt eſſe ad actum expulſiōis, ſed ad actū attractionis. Imo expulſiua uirtus quę eſt in medicina, forte impediret non parū uirtutem expulſiuā noſtri corporis.. Ad illud ꝙ dicit de diuerſis membris, quę habent diuerſam uirtutem expulſiuā. Dico etiā ꝙ non eſt ſimile, quia operant per uirtutem actualem, medicinę uero ꝑ uirtutem potentialem. Modo non eſt poſſibile ꝙ medicinę reducant de potentia ad actum expulſiōis, ſed bene ad actū attractionis. Ex dictis ergo patet ꝙ eſt ponere medicinas a tota ſpecie attrahentes uenenum & humorem. Sed nō eſt ponere medicinas a tota ſpecie & ꝑ ſe expellentes. Licet enī tiriaca expellāt omnia uenena ratiōe formę cōmunis. Hoc non eſt niſi per illam proprietatem & formā cōmunem, quę confortat cor, quod confortatū expellit a ſe omne uenenum, tam calidum q̄ frigidum, tam corroſiuum q̄ putrefactiuum tam a proprietate q̄ a complexiōe.

¶ Dubitatur ſecundo, Vtrum tota ſpecies, per quā medicina attrait determinatū uenenum & humorem determinatū, ſit ſubſtantia uel accidens. Anicē: enim manifeſto ſermōe uidetur uelle ꝙ ſit ſubſtantia & ſubſtantialis forma, Et ſic uidet ꝙ eſt illud, ꝑ quod res eſt id ꝙ eſt. Hoc aūt uidet eſſe forma ſubſtantialis. Hoc tamē non fuit demēte Auicē: nec Galieni. Nam Galien⁹ vult ꝙ medicina attrahit ratione ſimilitudinis & conuenientię, quā habet cum humore, quia medicina eſt ſibi ſimillima. Et tamen conſtat ꝙ medicina attrahens & humor attractus differrunt ſpecie. Et ſic per totam ſpeciem non poſſumus nitelligere formā ſubſtantialem. Amplius alimentū mouetur ad mēbrum a tota ſpecie, vt eo nutriat. Sed alimentū nō nutrit mēbrum, niſi ratione materię. Et ſic motus alimenti, ꝑ quē mouetur ad mēbrum, non eſt ratione forme alimenti, ſed magis ratiōe materię. Et ſic tota ſpecies nō eſt forma ſubſtantialis, Item uidemus ꝙ diuerſe medicinę attrahunt eundem humorem, & ſic cōmunicāt in ꝓprietate illa per quā attrahunt, et tamē differūt ſcđm ſpeciem. Et ſic attractio quę fit a tota ſpecie, non fit a forma ſubſtantiali. Pręterea medicina nō poteſt attrahere, niſi prius de potētia ad actū reducatur. Et ſi attractio eſſet a forma ſubſtantiali, non reduceret de potētia ad actum. Nam poſtq̄ medicina reducta eſt de potentia ad actum, nō acquirit nouā formam ſubſtantialem, vt eſt manifeſtū. Amplius nulla forma ſubſtantialis eſt principiū immediatum motus alicuius uel operatiōis. Vnde uidemus ꝙ formę elementorum, non ſunt principiū motus localis vel alterationis. Nam motus localis elementorū eſt imediate per grauitatem & leuitatem. Et motus alterationis per caliditatem & frigiditatē. Et ſic tenendū eſt ꝙ medicina attrahit humorem imediate nō per formā ſubſtantialem, & ſic illa tota ſpecies: non eſt ſubſtantia, nec de genere ſubſtantię, relinquitur igit ꝙ ſit quoddā accidens ſenſitiuū. Ad contraria inducta dicendū & prīo ad Auicē. ꝙ tota ſpecies eſt per quā res eſt id quod eſt, non intellexit Auicēna de tota ſpecie quę eſt principiū imediatū. Et ſic poteſt dici cōuenieēter, ꝙ hō ridet a tota ſpecie, nō quia forma ſubſtantialis ſit principiū immediatū actus ridendi, ſed remotū, Principiū aūt imediatū eſt riſibilitas. Hęc ergo eſt mēs Auicēne de tota ſpecie ꝙ non ſit forma ſubſtātialis, eſt tamē inſtrumentū formę dantis eſſe ſcđm speciē, vel ſpecialiſſimā uel ſubalternam. Homo enī ridet a tota ſpecie: ſcđm ſpeciem ſpecialiſſimā, & ꝑ hunc modū non eſt impoſſibile, ꝙ in eadem re eſſent diuerſe tote ſpecies: quia una eſſet ſubalterna & alia eſſet ſpēaliſſima. Eſt ergo immediatū principium actionis quędā proprietas conſequens proporcio-

nem miſcibiliũ in mixto, huiuſmodi aũt proprietas interdũ ſequi/
tur formam ſubſtantialem ſcd̃m ꝙ eſt ſcd̃m ſpeciẽ ſpecialiſſimã &
interdũ ſcd̃m ꝙ precedit. Verbi gratia. Venenum aliquod, puta na
pellus, habet proprietatem per quã nutrit, & hęc ꝓprietas precedit
formam, & habet ꝓprietatem per quã corrũpit, & hęc ſequit̃ for/
mam. Poteſt ergo corrũpi & deſtrui proprieras vna & permanebit
alia. Vna ergo operatio erit a tota ſpecie ſpẽaliſſima, alia a tota ſpe
cie ſubalterna, & ſcd̃m hanc uiã poteſt dici, ꝙ in humore eſt duplex
tota ſpecies, vna ſcilicet per quã mouetur ad membrũ & attrahit̃ a
mẽbro, & alia ꝑ quam mouetur ad medicinã & attrahit̃ a medicina
Et ita tota ſpecies per quã mouet̃ ad membrũ & nutrit membrũ for
te precedit formam dantẽ eſſe ſcd̃m ſpeciẽ ſpecialiſſimã, ſed ꝓpri/
etas & illa tota ſpecies: ꝑ quam mouetur ad medicinam & attrahit̃
a medicina, forte ſequit̃ formam dantem eſſe ſcd̃m ſpeciẽ ſpecialiſ/
ſimã. Amplius per hanc viam poſſumus dicere, ꝙ in medicina at/
trahente humorem eſt duplex ꝓprietas, vna ſcilicet ꝑ quam corrũ
pit membrũ & calorem innatũ, & eſt venenoſa, & alia per quã po/
teſt conuerti in humorẽ & nutrire membrũ, quarũ prima ſequit̃ for
mam ſubſtantialem dantẽ eſſe ſpecificum, & alia proprietas ſcilicet
ſcd̃a precedit illam formã, & prima eſt medicina per modum actiui
& perfecti, & alia eſt medicina per modum paſſiui & imperfecti.
Correlarie ex dictis ſequit̃, ꝙ eadem ꝓprietas ſcd̃m ſpeciem reperi
tur uel reperire poteſt in diuerſis ſicut videmus, ꝙ in diuerſis elemẽ/
tis ſcd̃m ſpeciẽ, reperitur una qualitas ſimbola ſecundũ ſpeciẽ. In di
uerſis etiã animalibus ſcd̃m ſpeciem reperitur vna proprietas cõ/
munis ſecundũ ſpeciẽ: ſicut ſentire & ſenſus tactus reperit̃ in homĩe
& in boue, & ſimilit̃ repitur in turbit & in cartamo: q̃ differunt ſecũ
dũ ſpeciem. Vna proprietas per quam utraq; earũ attrahit flegma.
Etiã per hanc viam poſſibile eſt ꝙ in eadẽ medicina ſunt diuerſe me
dicinę per quas attrahere poteſt diuerſos humores, quarũ vna ſeq/
tur formam, quę dat eſſe ſecundũ ſpeciẽ ſpecialiſſimã, & alia prece
dit dictam formam ſpecialiſſimã. Licet ſequatur formam dantẽ eſ/
ſe ſcd̃m ſpeciẽ ſubalternã. Et inter has ꝓprietates erit ordo ſecundũ
naturam formarũ ſubalternarum & earum ordinem. Amplius per
hanc viam poteſt dici ꝙ vna medicina per vnam proprietatẽ attra/
hit diuerſos humores, licet non ſit eque /primo inquantũ ſcilicet di
uerſi humores conueniunt in ſpecie ſubalterna. Sic ergo turbit per
proprietatem conuenientem formę ſpecifice, & eandem conſequen
tem attrahit diuerſos humores, vt ſcilicet habeant conuenientiã cũ
flegmate. Nã turbit ꝑ illã ꝓprietatẽ: ſmilitudinẽ habet cũ flegmate
perfectam, & ex cõſequenti cũ alijs humoribus & ĩperfectis, & hoc
nõ eſt impoſſibile. Vnde ſcd̃m Galienũ cartamũ attrahit flegma qa
flegmaticũ, ꝙ aũt ſecundũ vnam medicinã ſint diuerſe ꝓprietates
ęque primo: hoc implicat contradictionẽ. Ex dictis manifeſte con/
cluditur, ꝙ ſimilitudo per quã medicina attrahit humorem, nõ eſt
ſimilitudo in ſubſtantia, ſed eſt ſimilitudo in quadam ꝓprietate, q̃
eſt in vno per modũ actus & perfecti, & in alio per modũ potentię
& ĩperfecti, qa imperfectũ naturaliter mouetur ad perfectũ. Sic ali/
mentũ mouetur ad membrũ propter huiuſmodi ſimilitudinẽ ĩ pro
prietate, quę eſt in hũore per modũ imperfecti, & in mẽbro ꝑ mo/
dũ perfecti. Et ſimiliter ferrũ propter hanc cauſam mouetut ad ada
mantẽ ꝓpter ſimilitudinẽ in proprietate: quę eſt in adamante ꝑ mo
dũ actus & perfecti, & in ferro per modũ potentię & ĩperfecti. Imp/
fectũ aũt naturaliter mouetur ad ſuam perfectionẽ. Vnũquodq; enĩ
deſiderat ſuam perfectionẽ, ſicut turpe bonũ, & femina virũ: primo
phiſicorũ. Vnde bene anunciauerunt antiqui dicentes. Omnia bo/
nũ appetunt. Quando ergo Galienus dicit, ꝙ hoc eſſet ꝓpter con/
uenientiã & ſimilitudinẽ in ſubſtantia, non intellexit per ſubſtantiã
formã ſubſtantialẽ de genere ſubſtãtię, ſed intellexit proprietatẽ cõ
ſequentẽ formam & miſcibiliũ determinatã ꝓportionẽ. Improba/
tio aũt Auicẽne cõtra Galienũ: non eſt ad rem: ſed ad nomen. Aui/
cenne enĩ dictũ de tota ſpecie intelligitur de eo quod concomitatur
ſpeciẽ ſpecialiſſimã: vel ſubalternam, prout ſupra dixi.

¶ Dubitatur inſuper, An humor mouet̃ naturaliter ad mẽbrũ, ſi/
cut ferrũ ad lapidẽ adamantinũ, & ſicut ĩperfectũ deſiderans natu/
raliter ſuam perfectionẽ. Et arguit̃ ꝙ non, quia nihil naturaliter mo
uetur ad locũ ſuę corruptionis ut ibidẽ corrũpatur, quia entia dili/
gunt permanere, mẽbrũ aũt hũorem corrũpit: ut ex eo nutriatur: et
ad hunc finẽ attrahitur ergo: etc̃. Dicendũ ꝙ hũor naturaliter mo/
uetur ad membrũ nõ naturalitate forme dantis eſſe ſecundũ ſpeciẽ
ſpecialiſſimã: ſed mouetur naturaliter ad mẽbrũ naturalitate cuiuſ
dam proporcionis miſcibiliũ /ad quã ſequitur quędam proprietas
quę eſt in hũore per modũ potentię & ĩperfecti, & in mẽbro per mo
dũ actus & perfecti. Huiuſmodi aũt proporcio non corrũpitur: ſed
perficitur. Forma aũt ſpecifica & ꝓprietatis /ſequens formã, utiq;
corrũpitur, nec huiuſmodi forma erit principiũ illius motus. Illud
aũt principiũ intrinſecũ per quod alimentũ mouetur ad membrũ
non corrũpitur ſed perficitur. Nam in mẽbro & in hũore non diffe
runt: niſi ſecundũ perfectũ & ĩperfectum, & in eadẽ ſpecie. Et ſimili
ter intelligitur de humore reſpectu medicinę attrahentis. Nam hu/
mor mouetur ad medicinã: ratione cuiuſdam ꝓprietatis cõſequen
tis formã dantis eſſe ſpecificũ, nec ratione huius corrumpitur a me/
dicina attrahente, ĩmo ſaluatur apud eam. Sed ꝓporcio precedens
formã ratione cuius poterit corpus nutrire & mouetur ad mẽbrum
corrũpitur et deſtruitur a medicina attrahente ſecundũ ꝙ attrahens
ſic enĩ opponitur hũori ſecundũ ꝙ nutriens, ſed non corrũpit hũo
rem inquantũ attrahẽs & in quantũ habens ſimilitudinẽ cũ hũore
attracto. Nam ſimilia ut ſic ſe inuicẽ non corrũpunt. Medicina aũt

attrahens corrũpit hũorem attractũ propter dissimilitudinẽ & con-
trarietatẽ inter medicinã rõe ꝓprietatis cõsequẽtis formã, & hũorẽ
ratione ꝓprietatis precedentis formã, & ipsum saluat ratione simi-
litudinis & conuenientię inter proprietatem medicinę consequentẽ
formã, & inter ꝓprietatẽ humoris consequentẽ formam eiusdẽ.
¶ Sed diceres, Quõ possibile est ꝙ ꝓprietas qua lapis adamanti-
nus attrahit ferrũ, & ꝓprietas quã ferrũ attrahit̃ sunt idem secũdũ
ꝓprietatẽ, & huiusmodi ꝓprietas non videtur suscipere magis &
minus. Ad hoc potest dici, ꝙ sicut grauitas in elementis diuersis di
fert secundũ magis & minus, ut in terra & aqua, quia terra grauior
est aqua, sic non est ĩpossibile ꝙ eadẽ ꝓprietas sit in attrahente & at
tracto: & perfectior in attrahente q̃ in attracto. Et si quis dicat, du-
pletur ergo corpulentia attracti, vel tripletur respectu attrahentis,
sequitur ꝙ attractum erit attrahens, & sequitur ꝙ magna quanti-
tas ferri attrahet paruũ lapidẽ adamanti. Ad hoc dicendũ breuit̃,
ꝙ quantũcũqꝫ dupletur ferrũ, semper proprietas est in eo per mo-
dũ potentię & passi & ĩperfecti, & ideo remanente ferro nunq̃ pro-
prietas est in eo per modũ actiui, Et ꝙ se habet per modũ actus &
formę, respectu eius ꝙ se habet per modũ potentię et materię. Vide
tur differre secundũ speciẽ etc̃. Dico ergo ad illam ꝓpositionẽ ꝙ ni
hil naturaliter mouetur ad locũ sue corruptionis. Potest dici ꝙ ille
motus non est naturalis naturalitate hũoris, sed quadam naturali-
tate cõmuni, naturę mẽbri & virtuti totius regitiue, humor enĩ est
quid ĩperfectũ & incõpletũ quod naturaliter ordinatur ad aliquod
perfectũ, & sic ordinatur & mouetur naturaliter ad locũ suę cor-
ruptionis ꝓpter maius bonũ intentũ a natura, ut totius corporis re
gitiua, & sic intelligitur de humore respectu medicinę attrahentis.
Amplius humor in quantũ ad membrũ habet similitudinẽ in sub-
stantia tota cũ mẽbro, & sic membrũ non corrũpit humorẽ: sed in-
quantũ cõtrariatur eidem, sicut aer mouetur naturaliter ad cõcauũ
ignis: & tamẽ ignis corrũpit aerẽ, non tamen mouetur ad locũ inq̃-
tum ignis est corruptio aeris, sed in quantum in tali loco est virtus
conseruatiua locati.
Diceres, Inter mouens & motũ nihil debet esse mediũ, & sic videt̃
ꝙ adamas non attrahit ferrũ, quia non est simul cũ ferro, nec simul
mouetur cũ eo. Dicito ꝙ q̃uis lapis sit separatus corporaliter & lo
caliter a ferro, virtualiter tamẽ cõiunctus est. ¶ Preterea similitudo
inter motũ ad magnetem & motũ grauis deorsum / conueniunt, qa
sicut graue mouetur deorsum: ut ibi ꝑficiatur & conseruetur / & nõ
additur ut per se mouens & per se motũ. Sic etiã ferrũ mouetur ad
magnetẽ naturaliter ut ibi perficiat̃. Nec proprie mouetur in per se
mouẽs & per se motũ. Differunt aũt in plurimis, quia in motu gra
uiũ nulla penitus uiolentia reperitur. In motu aũt ferri ad magnetẽ
aliquid uiolentię reperit̃, ut moueri ad magnetẽ sursum est uiolẽter.

Amplius ferrum non mouetur ad magnetẽ a quacũqꝫ distantia. Itẽ
ferrũ maioris quantitatis & corpulentię non citius & velocius mo-
uetur. Ampliꝰ ad hoc ꝙ graue moueat̃ deorsum, nõ oportet ꝙ sit
in aliqua dispositione, sed ferrum ad magnetẽ oportet ꝙ disponat̃.
Amplius in motu ferri ad magnetẽ requirit̃ quędam similitudo in
substantia & proprietatibus, ut confitent̃ sapientes, & hoc in motu
grauiũ non est necessarium.
Differentia inter motũ ferri ad magnetem, & motũ tractus: de quo
loquit̃ Aristoteles 7. phisicorũ, est quia in motu tractus de quo Ari
stoteles ibidẽ, mouens & motũ simul mouent̃, trahens prius & ve-
locius mouet̃ q̃ tractũ. In hoc aũt motu tractus, nõ oportet ꝙ mo
uens moueret̃, sed quiescit, tractũ aũt solum mouetur. Item ille mo
tus tractus de quo Aristoteles loquit̃, & a se & ab alio mouetur per
vim, hic aũt est naturalis. Amplius in motu tractus de quo loquit̃
Aristtoteles, trahens diuidit̃ in partem per se mouentẽ, & partẽ ꝑ se
motã. Non sic aũt est de magnete ferrum trahente. Et iterum in mo
tu tractus de quo Aristo. loquit̃, non oportet ꝙ sit similitudo & ꝓ
prietas in substantia & ꝓprietatibꝰ, q̃ tñ est necessaria ferri ad ma-
gnetem. Et amplius in motu tractus de quo Arist. loquit̃, nõ opor-
tet ꝙ trahens & tractum differat secundũ speciẽ & formã, cuius op
positũ contingit in motu ferri ad magnetem.
Preterea ad hoc ꝙ medicina attrahit humorem, non oportet ꝙ cor
poraliter moueatur ad humorem, sed sufficit ꝙ virtualit̃ & spiri-
tualit̃, ut dicit̃ de adamante & ferro. Non est etiã a ratione semotũ,
ꝙ medicina anteq̃ attrahat humorem: ipsum alteret & inficiat aliq̃
qualitate reali, ex qua alteratione & infectione reddit̃ odiosior na-
ture, & sic virtꝰ expulsiua mẽbri iuuabit attractionẽ medicinę ex q̃
alteratione etiã uirtus contentiue membrorũ debilitabit̃ & expulsi-
ua confortabitur. Huiusmodi aũt rationes non habent locum in a-
damante & ferro.
Dixit Auicẽna in primo canone, fen 4. Verbũ dicentis ꝙ medicina
attractiua si nõ euacuet humorem propriũ: cõuertit̃ in eũdem: nul-
lum est i. nullius virtutis. Intellexit de medicinis fortibus & vio-
lentis, quę digestionem non suscipiunt. Quando aũt Galienus huiꝰ
contrariũ asseruit, intellexit de medicinis debilibus, quę digestionẽ
suscipiũt, & corpus nutrire possunt, Verbi gratia. Cartamũ est de-
bilis medicina, quę si vincat̃ a natura conuertit̃ in flegma, & non in
coleram. Et si quis dicat Cartamum est calidum & siccum, &
flegma est frigidum & humidum, si digeratur in coleram conuer-
titur & non in flegma. Ad hoc breuiter dicẽdũ: ꝙ licet cartamum
ratione cõplexionis & qualitatis, magis deberet conuerti in colerã
q̃ in flegma, tamen ratione cõmixcionis naturalis: ratione cuius nu
trit, magis est aptũ ut conuertat̃ in flegma. Nam huiusmodi cõ-
mixtio similior & propinquior est naturę flegmatis q̃ colere, q̃uis

ex parte cōplexionis formalis similior sit colere q̄ flegmati. Vnde ratione cōplexionis coleram confortat, & ratione cōmixtionis precedentis formā, quę multū se tenet ex parte materię: flegma multiplicat. Et sic non obstante, ꝙ cartamū sit calidū & siccū ex formali cōplexione in quantū medicina attractiua, tamen ratione cōmixtionis inquantū cibus: est frigrde & humide cōplexionis. Si attrahere non posset quia in debili dosi est exhibitū, vel quia natura non intendit emittere flegma: quia eo indiget, tunc huiusmodi medicina a corpore expellitur, uel si digerat̄ in flegma conuertitit̄. Et sic cartamū per eandē proprietatē: in flegma cōuertit̄: & flegma attrahit.

Capit. ix. de aquis artificialibus in particulari.

De Aqua Buglosse.

AQua Buglossę fit de herba & radicibus simul, quę confortat cor, sanguinē mūdificat, melancoliā remouet, & cerebrū infectum humore adusto & melancolico curat, dementes & fatuos sanat. Amplius huiusmodi aqua est utilis in omni specie scabiei & lepre. Et aliqui addunt in confectione eius flores buglosse: boraginis & rosarum rubearū. Et potest bibi per se: & cum bono vino.

De aquā Eufragie.

MIrabilis est in reparatione visus et cōfortatione eiusdē: et specialiter in ętate & habitudine flegmatica. Et si eufragię verbena ruta & celidonia simul apponant̄ in alēbico: efficit̄ aq̄ mirabilior: in repatiōe & confortatiōe visus: in ętatete cōplexiōe frigidis.

De aqua Tartari combusti in igne.

IN aqua fontis boni ponatur tartarum cōbustū in igne. Et deinde aq̄ coletur & manus ea lauentur, mundificat: & pellem subtiliat / & sanguinem ad cutem trahit & / corrugationem remouet / & cutem extendit.

De Aqua Ysopi sicce.

ESt bona renibus & mundificat pectus & pulmonē, a materia flegmatica grossa et viscosa: & multū valet in tussi humida & vocem clarificat & valet in epilentia.

De Aqua Saluie.

VAlet in omnibus egritudinibus neruorum frigidis: in paralisi tremore spasmo & epilentia & similibus passionibus, valet etiā in remollitione dentiū: gingiuarū & ad eorum cōmotionē, & multis causis stomachi et matricis, quia sunt membra neruosa. Et huiusmodi aqua possumus uti bibendo / lauando / epithimando / & embrocando. valet enim omnibus istis modis.

De aqua Feniculi.

VAlet in caligatione oculorū & in hidropisi & in litargia, & multis obuiat uenenis. ualet etiam in nefreticā passione, & medetur egritudinibus vesice, prouocat vrinā & mēstrua: & humores grossos subtiliat / et prouocat lac et sperma

De aqua Anisi.

HEc aperit opilationes / et preseruat a colica uētosa, rectificat & tollit eructationē acetosam. Et multū valet mulieribus lactantibus, tollit dolorē renū ex ventositate: & arenulis est bonū remediū, nam facit dolorē quiescere, et mundificat renes ab arenalis / et cibū digerit et bonū colorem facit / lac multiplicat: & in nutricibus aquosum lac et indigestū rectificat.

De aqua Graminis.

QVę renes mundificat ab arenulis & vrinam prouocat, opilationes aperit, & ꝙ est precipuū statim dolorē iuncturarū mitigat: & adiuuat materiā morbi ad uias vrinę, quia est diuretica tēperate, & sic magis utilis est inter alias.

De aqua Yringorum.

STranguriam soluit et vsus eius proficit in uia generationis, q̄a multiplicat sperma.

De aqua Ebulorum.

ISta fit de radicibus & floribus Ebulorū & sambucorū, ventrem soluit & opilatiōes splenis aperit, hidropisim curat: et tumores pedum remouet.

De aqua Absinthij.

MIrabiles habet proprietates et referunt antiquiores, ꝙ tanta fuit laus eius apud omnes, ꝙ in signū presagij de succo huius herbe dabat̄ illi ad bibendū, qui erat dux exercitus, credentes per hoc habere victoriā de inimicis eorum. Itaqꝫ huiusmodi aqua valet contra lumbricos & mineras putredinales maxime latentes in locis occultis: & eas aperit dissoluit et consumit, & cū hoc ratiōe alicuius stipticitatis confortat locū. Itē huiusmodi aqua stomachū confortat mundificando abstergendo & quodāmodo stipticū faciendo. Valet etiā contra opilatiōes splenis et epatis, cōtra epilentiā, contra loquelam amissam, contra suffocationē ex fungis, et contra venenū. Vrinam et menstrua prouocat, et specialiter resistit veneno opij et iusquiami. Et eius suffumigiū confert surditati. Et si vulnus lauetur ea / nō fistulatur: nec crescit caro mala. Valet etiam absinthiū contra epidimias et aerē pestilentialē, remouet nauseam et tumorē et dolorem mēbrorum si ex ea fiat stupha. Valet etiā aqua eius contra tumorē linguę et vuulę si fiat ex ea gargarismus.

De aquā Alkekengi.

HEc habet mirabilem proprietatem in prouocatione vrinę et

mundificatione renū et veſice a materia arenoſa, et multū valet vlceribus renū et minctui ſanguinis.

De aqua Rorismarini.

SIue fiat per modū decoctionis et infuſionis, ſiue p̱ modū diſtillationis et extractione virtute ſolis, ſiue fiat per viam ſublimationis, proprietates habet mirabiles et valde utiles noſtris corporibus. Eſt enim utilis in omnibus egritudinibus frigidis, rectificat appetitū et ſpiritum confortat, et calorem innatū ſua aromaticitate qua natura delectat̃: et ſua ſtipticitate per quā ſubſtantia mēbrorū aggregatur / et ſpecialiter confortat cerebrū et omnia mēbra neruoſa. Et ſi cū huiuſmodi aq̄ lauetur caput, capillos retinet & cōfortat & multiplicat. Et vſus huius aq̄ p̄ſeruat ab antrace & malis fiſtulis Et confortat ſubſtantiā cordis, & cōſumit flegma & melancoliam, & facit acquirere iuueneſcentiā, & forſan qui aſſiduauerit huiuſmodi aquā intus & extra, non putrefiet eius corpus longo tēpore. Item ablutio oris huiuſmōi aq̄: rectificat dentes & gingiuas & curat cancrū & fiſtulam. vulneraqꜫ & vlcera deſiccat & rectificat. Item ualet in cordiacis paſſionibus: in nauſea & fluxibus uentris: rectificat etiā matrices mulierū & prodeſt ad conceptū.

De aqua Rose.

COr refrigerat & omnia mēbra principalia confortat / & mēbra cuſtodit ne diſſoluantur: & ſi ſint diſſoluta ea reparat, & ſua aromaticitate ſpiritū & calorē innatū roborat & putreſactionē prohibet. Valet in diſſenteria et lienteria et indefectu contētiue virtutis, et in ſincopi et in uomitu: et contra ſudores diaforeticos: et cōfortat gingiuas: et facit bonū odorem oris. Etiā lotio cum ea facit carnē et bene coloratū. Et ſi ponat̃ in oculo cū pauco vino / mūdificat et deſiccat et confortat, et precipue ſi in huiuſmodi aq̄ et vino remolliat̃ thucia uel parū aloe et zuccari. Et ſola aq̄ roſe cū zuccaro albiſſimo: et ſpecialiter cū zuccaro candi abſtergit et mūdificat ſubſtantiā oculi / cū quadā ſtipticitate, et ſic multū cōfortat viſum.

De aqua Betonice.

MVltas et mirabiles habet proprietates cuius aqua caput vigorat pectus / et pulmonē mundificat / epilentiam reſoluit, venenū expellit / et morſibus ſubuenit venenoſis / ſciatice ſuccurrit: flegma educit a ſtomacho per vomitū et ſeceſſum, confert eructationi acide, vrinam prouocat et lenit, dolorem ſplenis placat / ſtomachum confortat et digeſtionem adiuuat, valet contra ſputum ſanguinis, confert dolori renum et veſice: et prouocat menſtrua: & confert in ſpute ſaniei pectoris et pulmonis. Cōfert etiā in icteritia & in conſolida vulnera in capite: et extrahit a uulneribus fragmenta oſſium, confert etiā dolori dentium: et obſcuritati viſus. Corize et catarro & difficultati partus, & prohibet ebrietatē. Potus huius aque auffert faſtidiū a cōualeſcentibus. Et extrahit venenum canis rabidi. Confert etiā dolori auriū et ſurditati / & ad caliginē oculoꝝ & ad eorum lacrimas et ad fluxū ſanguinis narium et ad ſuſpiria & vomitū. Ad dolorē emoroidarū & ad quartanā / preſertim ſi exhibeatur añ acceſſiōem p̱ aliquod ſpaciū. Hec etiā aqua confert in paraliſi in ſpaſmo & tremore. valet ad ventris tumorem & dolorem.

De aqua Plantaginis.

ESt frigida circa ſcd̄m gradum declinans ad aliqualem ſiccitatem / & in ea eſt virtus abſterſiua et incarnatiua: multū enī confert vlceribus corroſiuis: & quia eſt ſtiptica multū / confert in fluxibus ventris & inteſtinorum & vlceribus eorū bibita & cliſteriſata, & aperit opilationes epatis & ſplenis / et abſtergit ſanguinem: & extinguit inflamationem ſanguinis, & incarnat fiſtulas. Nam eſt abſterſiua & ſtiptica: et talis cōpetit in incarnando fiſtulas & alia vlcera antiqua, & competit in fluxu emoroidarum. Amplius confert doloribus dentium quādo ex ea lauatur os, & ad idem ualet maſticatio radicis eius. Valet etiā in vlceribus oris. Confert & morſui canis, heriſipille et cōbuſtionibus. Item confert ſputo ſanguinis & vlceribus pectoris et pulmonis, confert & in febre terciana.

De aqua Endiuię.

ESt frigida & humida et venarū epatis aperitiua, & confert in apoſtematibus calidis & heriſipilla / & prouocat ſomnum: & connfert in ictericia. Et eſt medicina bona in opilatione narium & corrize. Lac etiā abſtergit vlcera quę fiūt in tunica oculi. Et confert habentibus coleram in ſtomacho.

De aqua Fumiterrę.

DEeclinat ad paucam caliditatem & ſtipticitatē, ſtomachum corroborat: et eius virtus eſt mundificatiua & prouocatiua vrinę. Valet ad ſcabiem & pruritū, & laxat coleram: & ſanguinem mundificat ab humoribus aduſtis.

De aqua vitis seu Lachrima vitis.

QVę frangit & expellit lapidem ſi bibatur cum vino, & valet contra impetiginem & ſerpiginem, & lachrima quę exit a fragmentis vitis qñ ponit̃ in igne: delet uerrucas et poros et aq̄ foliorū & capreolorū eius valet in fluxu ventris calido, & cōfert ſputo ſanguinis & habētibus vlcera in inteſtinis, & cōfert apoſtematibus calidis et heriſipillę, cōfert & pregnantibus habentibus appetitum corruptum.

De aqua Mellisse.

ESt calida & ſicca: confert ſtomacho frigido humido et iuuat

digesionem, letificat animã & confortat cor & cerebrum, & remouet solicitudines & timores qui accidunt in melancolia & a flegmate adusto, & valet contra morsum canis et puncturam scorpionis, valet in dolore dentium, & valet suffocationi humorum malorũ et intestinorum puncturis: et resoluit scrofulas.

De aqua Sparagorum.

Est temperata parum declinans ad siccitatem. Aperit uenas epatis & splenis/prouocat vrinam, & valet contra ictericiam & mundificat renes, & valet in dolore lumborum et renũ qui fit a ventositate & flegmate, & in dolore colice/et mollit ventrem: mitigatq; dolorem dentium & confert stranguriç.

De aqua Mercurialis.

Est calida & sicca/purgat grossum flegma cum facilitate, & valet in vlceribus factis ab adustione ignis: et ualet in splenetica passione, & fit caputpurgium ex ea, & multum ualet humoribus descendentibus ad nares: oculos/aures/et fauces: & mixta cum vino consolidat vlcera antiqua et magna.

De aqua Centauree.

Est amara & sicca cum quadam stipticitate ad dulcedinem parumper declinans. Aperit opilationes incidit et diuidit et subtiliat humores grossos et purgat eos. Si clisterizantur cũ ea sciatici & podagrici, educit hũores grossos colericos et flegmaticos, & prouocat menstrua et facit aborsum, & habet virtutem consolidatiuã vlcera propter stipticitatẽ, ualet in duricie splenis et epatis et in ictericia et in passione iliaca & in paralisi/et macula oculorum, Cętera vide in Galieno de Centaurea.

De aqua Bismaluę.

Est frigida & humida/ventris mollitiua: et apostematũ calidorũ alteratiua, duriciẽrũ remollitiua et eductiua, plurimũ ualet contra morsum apum.

De aqua Scabiosę.

Hec est calida & sicca in secundo/est consumptiua & dissolutiua: & ualet in scabie et lepra et impetigine et serpigine et allopicia et emoroidib⁹: stomacho encarismato. Alleuiat pectus qđ grauat senectus, & secundũ experientiam resoluit & prohibet & apostemata pestilentica consumit.

De aqua Cicoreę.

Est frigida et sicca: & valet multũ cõtra morsus uenenosos bibita & supposita, ualet cõtra opilatiões epatis & splenis, cõtra calefactionẽ epatis et febres tercianas bibita & epithimata.

De aqua Serpilli.

Ipsa est calida et sicca: de opilat epar & splenem & confortat stomachum frigidum & epar, Et ualet cõtra morsum venenosum: & sedat vomitum/et aperit opilationes narium, et cõfert lapidi & distillationi vrinę, et sincopi et torsionib⁹ ventris, & litargie & sode, menstrua autem prouocat magnifice.

De aqua Serpentinę.

Vę est dissolutiua & mundificatiua. Si ex huiusmodi aqua lauentur manus & facies redduntur nitidiores & clariores & pannũ deponit. Et huiusmodi aqua vrinam prouocat & menstrua, opilatiões aperit, fetum expellit, pectus mundificat, maculas oculorum delet, podagram frigidam curat, & fissuras a frigore factas remouet.

De aqua Citoniorum.

Sumpta cũ pauco vino, stomachũ cõfortat, et uẽtrẽ restringit.

De Aqua Saluię.

Calida est & sicca/et habet virtutem dissoluendi et attrahẽdi, & multum competit egritudinibus cerebri & neruorũ, sicut in epilensia/paralisi/& tremore membrorũ, & multum confortat stomachum plenum malis humoribus, & excitat appetitũ. Et hoc si ex huiusmodi aqua et pauco aceto et pipere fiat salsamentum cum pauco serpillo.

De aqua Saxifragie.

Est calida et sicca in secũdo gradu, lapidẽ frangit vesice et renũ, et ualet in stranguria et dissuria, et in passiõe icterica siue bibat, siue ex ea fiat encatisma. Idem intelligas de pipinella.

De aqua Mente.

Vę est calida et sicca, et habet virtutẽ dissoluẽdi cõsumẽdo et cõfortãdo propẽ aromaticitatẽ eius. Valet cõtra opilationẽ epatis et splenis/et uiarũ vrinę. Valet contra fetorem oris ex putredine gingiuarũ/stomachũ confortat/appetitũ incitat/vomitũ prohibet. Item valet contra defectionẽ et sincopim, si panis tostus ponatur in huiusmodi aqua: et aceto uel uino: et naribus et tẽporibus applicet. Amplius matricẽ mundificat bibita et cataplasmata, et similiter epithimata, Et dissoluit lac coagulatũ in mamillis. Valet etiã huiusmodi aqua contra venenũ, et interficit vermes, & ualet contra tussim de humoribus frigidis, et caputpurgiũ ex ea factũ ualet contra frigidũ reuma. Etiã vrinã prouocat et coitũ.

De aqua Raffani.

Est calida et sicca in secundo, est subtiliatiua/aperitiua, vrinę

prouocatiua /abſterſiua et mundificatiua. & ualet contra impetiginē et ſerpiginem, & aufert citrinitatē cuiuſlibet mēbri corporis, & mundificat pectus /et clarificat vocē, et ſubtiliat humores groſſos et viſcoſos qui ſunt in pectore et pulmone, & multū ualet in morſu ſcorpionis, & confert febribus quartanis /et rigoribus febriū quartanarū, confert hidropiſi et ictericię, & frangit lapidē, & auget deſideriū coitus, ſtomachū debilitat /et nauſeam facit, & cōfert medicinis mortiferis, et venenoſis, & reſoluit humores in cornea oculi, & delet maculas quę ſunt in facie, reſoluit ſquinantiā & tumorē ſplenis, & mēſtrua ꝓuocat, & cōfert his qui ſumpſerūt fungos malos.

De aqua Scolopendrię.

APerit et ſubtiliat, & auffert duriciem ſplenis /et lapidem frangit: et confert diſtillatiōi vrinę /et ſingultui /et ictericię.

De aqua Portulace.

ESt multū frigida et humida: et eſt lubricatiua et viſcoſa, et aufert ſitim & ſtringit ventrem, auffert ſtuporem dentiū, & multum ualet in ſputo ſanguinis. Valet in apoſtematibus calidis et heriſipila et flegmone /et in ardore ſtomachi /et in ſupercalefactione epatis, & cōfert vlceribus inteſtinorū /et fluxui menſtruorū, vomitū prohibet: ſed debilitat viſum, epithimatā ſuper caput prohibet freneſim confirmari.

De aqua Semperuiue.

ESt multum frigida et parum ſicca, & eſt repercuſſiua /& confert heriſipille et apoſtematibus calidis deambulatiuis /& ſedat dolorem podagre calide, et confert cōbuſtioni ignis. Et cū oleo roſato confert dolori capitis. Confert fluxui ventris et aquę, & vlceribus inteſtinorum, et freneſim prohibet.

De aqua Virge paſtoris.

QVę eſt multum frigida declinans ad paucā ſiccitatem, & eſt ſtiptica multū et repercuſſiua: ualet in apoſtematibus calidis in heriſipilla et flegmōe: et ſpecialiter in principio. Et multum cōfert ardori et inflāmacioni ſtomachi et epatis, & confert vlceribus et apoſtematibus ad quę humores fluūt, & conſolidat et cōglutinat vuluera recentia cum ſuo ſanguine, & cōfert dolori auriū et deſiccat ſaniem in eis, & confert vlceribus inteſtinorum et fluxui menſtruorū /et fluxui ſanguinis undecūqꝫ manat et ueniat. Epithimata ſup anteriorē partē capitis prohibet freneſim confirmari.

De aqua Pſili florum ꝛ foliorū eius.

ESt calida et ſicca cū tēperamēto, eſt abſterſiua et mūdificatiua Et valet cōtra impetiginē et ſerpiginē, mixta cū melle clarificat cutē faciei et manuū /ſi ex ea ſit locio et explanatio, et cutē rubificat temperate, & delet maculas faciei, & prouocat mēſtrua, remouet duriciē matricis, incarnat vlcera, & multum ualet in cōbuſtone ignis /et in morſibus venenoſis.

De aqua radicis Ireos.

ESt calida & ſicca cū tꝑamento, et eſt abſterſiua et maturatiua groſſorū humorū, mundificat pectus et pulmonē, et multū ualet in ulceribus ſordidis: et in torſionibus uentris /et laxat uentrē: Et ualet in hidropiſi: et euacuat aquā citrinā, & cōfert morſibus uenenoſis: et ſpleni et ſpaſmo: et rigoribus febriū, et ꝓuocat mēſtrua. Amplius ſi mulier lauet̃ cum aq̃ radicis Ireos multū confert dolori matricis /et opilationi orificiorū eius. Et cōfert impetigini: et mūdificat cutem, et ex ea coliriſat̃ oculus, et delet ungulam oculi et eius maculas, & bene confert dolori dentiū, & bibita confert morſibus uenenoſis, et eius proprietas eſt extrahere oſſa fracta, et alia infixa corpori, & confert dolori lateris /et ſtrangurię et ſciaticę.

De aqua Nenufaris.

ESt frigida et humida multū: ſomnū inducit: et cōſumit ſꝑma & membra generatiōis debilitat, et pollutiōes nocturnas remouet. Valet in tuſſi et pleureſi, mollit uentrem, cōfert fluxui antiquo et ulceribus inteſtinorum, reſoluit apoſtemata ſplenis, & ualet contra albam morpheam.

De Aqua Caude equinę.

ESt frigida in prīo /ſicca in ſcd̄o, et eſt multū ſtiptica: et ꝓpter hoc cōſolidat vulnera, & cōfert vlceribus īteſtinorū et ſputo ſanguinis et fluxui inteſtinoꝝ. Et dicūt aliq̄, ꝙ curat ulcera ueſicę: et cōfert ulceribꝰ ſtomachi et epatis bibita et epitimata: uel emplaſtrata ulceribꝰ, & cōfert in heriſipilla bibita et ēplaſtrata, et ī fluxu ſanguinis nariū ſi trahat̃ et ſugat̃ per nares. Eadē dic de Centinodia.

De aqua Cuſcute.

ESt calida et ſicca in prīo, et eſt aꝑtiua opilationū. ualet in ictericia, vrinā prouocat /& uenas mundificat a ſuperfluitatibus antiquis, uentrē lenit: et epar cōfortat, colerā purgat, febribus īfantiū cōfert. Eius proprie eſt expellere ſuꝑfluitates antiquas: et mūdificare uenas ſubtiles & groſſas, quia eſt abſterſiua & mūdificatiua.

De aqua Capillorum veneris.

APpropinq̄t tꝑamēto et declinat ad paucā ſiccitatē, ſubtiliat: & diſſoluit, & ualet multū in allopicia et furfuribꝰ capitis, & in retentiōe capillorū capitis, & ī ulceribus cutis, & mūdificat pectus et pulmonē ab humoribus groſſis & uiſcoſis, et frāgit lapidē, & ualet in ictericia, & cōpetit calori ſplenis et ſtrāgurie: et diſſoluit ſcrofulas: et mūdificat ſtomachū et īteſtina a colericis ſuꝑfluitatibꝰ

De aqua Cathapucie.

EST calida & sicca in scdo gradu, mūdeficat et dissoluit: & purgat colerā & flegma & aquosam superfluitatē, & ualet in impetigine & serpigine, uomitū & nauseā prouocat, & confert ulceribus humidis & scabiei quę fit in capite. Et remouet cicatrices fedas & expellit lumbricos.

De aqua Lingue auis.

CAlida est in scdo declinans ad hūiditatē: ꝓuocat urinā: auget sperma: icitat libidinē: et ualet in doloribꝰ laterū et multū cōfert cordiace passiōi & melācolicę, qm̄ digerit hūores melācolicos.

De aqua Filicis / masculi ꝫ femelle.

EST calida notabilit declinās ad siccitatē, occidit uermes, eñcit fetum mortuū, facit abortire, & multum ualet in cura fistularum / si fistulę lauentur cū huiusmodi aqua & pauco uino. Et dicūt quidā; ꝙ si ex huiusmodi aqua lauentur pedes / uentrē stringit.

De aqua Balsami.

HEc est calida & sicca in scdo, & est multū subtiliatiua, & prouocat urinā & menstrua, expellit secundinā & fetū mortuū: & multū iuuat ad impregnandū, aufert frigiditatē matricis, abstergit tenebrositatē uisus, multū ualet tussientibus: & asmaticis: & epilenticis, & ulceribus antiqs: & in uenenatis: & morsibꝰ uenenosis, et confert malicię digestiōis, & doloribus & torsiōibus uentris ex materia frigida: & uentosa & flegmatica, & est magna tiriaca uenenis / & ualet contra opium bibitum, & contra fungos malos et uenenosos, & cōtra adamantem bibitum. Et Auenzoar in Teysir plurimū laudat eam in fractione calculi.

De aqua Juniperi.

EST calida & sicca in tcio, multū subtiliatiua & apitiua et mūdificatiua, & est multū conueniēs in mūdificatiōe ulcerū sordidorū, prouocat urinā & mēstrua cū fortitudine, & extrahit fetum mortuum, et facit abortire, & expellit uenena & uenenosa reptilia. Et aqua decoctionis iuniperi: ualet in doloribus matricis & in neruorum attritione si fiat balneum ex ea.

De aqua Maiorane.

AQua Maiorane calida est & sicca, cōfortat cerebrū frigidū. Et cōfert egritudinibus frigidis / paralisi & passiōibus neruorū & reumatibꝰ. Fit ex ea uel succo maioranę caputpurgiū bonū, extrahēs mucos & flegmata capitis. Confert etiā liuoribus & denigrationi membri ex sanguine corrupto, tam aqua ꝙ̄ succus maioranę cum melle cōmixtus & parti liuide superpositus.

De Aqua Auri potabilis.

AD habendū aquā auri potabilis: siue aurū potabile, oportet primo aurū malagmare, deinde calcinare, et tercio in butirū seu butirosam substantiā cōuertere: et ultio cū aqua uitę cōmiscere. Primū ergo fiat aqua ad calcinandū talis. Recipe salis armoniaci, salis nitri añ. ℔ I. sulfuris ℥. ꝫ. pulueriseñt et simul misceañt, et per uiā distillatiōis paulatim fiat aq̄ ℔ I. et ponat in una ampula obturata, Postea recipe florenū I. de bono auro, et folieṫ, tandē pmisceaṫ simul cū argēto uiuo in crucibulo, ita ut fiat unū corpus, et hoc uocaṫ malagma: seu aurū malagmatū, deinde pmitte infrigidari, Et adde tantundē de sulfure et tere simul: quāto melius possibile est: & postea pone hūc puluerē in crucibulo sup ignē, et incōtinēti incipiet ardere, et ardeat ꝗusqꝫ durabit flāma: deinde remoue ab igne et iterū tere, et in crucibulo pone sup carbones ignis donec crucibulū fit ignitū et tūc remoue: et habebis aurū calcinatū, et erit puluis croceus subtilissimus. Tercio huiꝰ pulueris recipe pondus florenorum duorū et pone in ℥. I. aquę supradicte: et imediate solueṫ, et in ampula claude bene: et serueṫ. Hoc facto. Recipe istius aq̄ supradicte ℔ I. et distilleṫ, et postea aurū in huiusmōi aqua distilleṫ sicut prius dictū est. Etiā cū iteratiōe si necesse fuerit, et in fundo uasis inuenietur substātia auri cōuersi in butirū: siue substantiā butirosam. Sic ergo aurū fit primo malagma, deinde fit cinis admodū calcis, deide fit butirū, uel admodū butiri. Vltimo illud butirū pmisceaṫ cū aqua uitę. Et melius est ut aqua uitę sit infusionis pipinellę: cinamomi: uel alterius aromatis confortantis. Et hoc tibi posui pro magisterio et exercitio, non ut biberes, nec alicui ad bibendū dares, quoniam est res uenenosa, Et uenenū non est cuiꝗ ꝓpinandū. Vbicūqꝫ enī poniṫ auripigmentū / sulfur / nitrum: argentū uiuū et cętera similia, iudica uenenū et ipso non utaris, de quo lege Auerroim in 5. colliget ꝙ tale aurum potabile ꝓpter addita et preparationē, est res uenenosa, et non propinanda. Et ideo magister meus in p̄parando auro potabili aliū modū tentabat. Nā foliabat aurū tenuissime, et ip̄m ponebat cum sale cōmuni minerali, seu cū sale gemme, et acero mellis forti et bene clausum in uno uase, et aliꝗtiens applicabat ad ignē, et post longū tēpꝰ redigebaṫ aurū in puluerē butirosum, Et hic puluis poterit propinari ad bibendū cū aquis cordialibus, aut cū bono uino uel cū aqua uitę. Et ꝗa ad huc sal minerale est corrosiuū, sicut et acetū fortissimū, Bonū tibi erit et securius uti auro foliato uel cōtrito, cū confectionibus, cū aquis cordialibus cōfortantibus, et cū bono uino: obmissis corrosiuis.

Imp̄ssum Cracouię ꝑ Hieronymū Victorē. An. 1.5.22. Mēn. Sep.